libre p mesale di grano et debbiano havere il Coppolo di rame aggiustato che tenga quattro lib. l'altro et che mancandoli siano tenuti aggiustarlo et sigillarlo al depositario et deputato di detta Terra sotto pena di mezo scudo p ciascuno e ciascheduno d'applicarse come di sopra

Fiat

5 1 — Item li fornacchiarj debbiano far li mattonj della mesma di un piede longhi et la sesta parte di un piede grossi che tenino

133 termino cotti et della medesima longhezza le pianelle et quatrucci et li coppi siano di un piede et mezo longhi et contra facendo caschino in pena di due iulij p ciascuno et ciascheduna volta non osservato detto modo p ciascheduna volta d'applicarse come di sopra

Fiat

5 2 — Item il macellaro di detta Terra non possa ritenere capre ne porci dentro al destretto de detta Terra ne possa dentro la Terra remettere ne arrestare bestie pecorine

Fiat

5 3 Item detto Macellaro non possa vendere carne vaccina ct la vaccina prima non sia occisa publicamente in detto Macello.

Fiat

5 4 Item quello sia contenta concedere l'altezza ... pone p la pischiera

Fiat quo ad pischieram p medietate

5 5 — Item quello sia contenta concedere che il notario ...

56. p. Ciascheduna rogito d'uno sestiero baiocchi quattro p. Cancellaria
Et sestiero [illegible] Carlini [illegible] fino a Cento ducati da Cento ducati
in su pro rata [illegible] p. Cancellaria da Cento ducati in giù
b. vinticinque [illegible] p. Cancellaria baiocchi vinti da
cento ducati in giù da cento in su baiocchi vinticinque p.
Centinaro di ducati p. Cancellaria

Confirmamus Jo: Antonius [illegible] manu propria

II

Capituli facti e adiorti per lo Ill.mo Sig.r dì Virgilio orsini Inviolabil.te da observarse nella terra de S. Greg.o

6

~~65~~ In prima . S. S. J. vole ordina e comanda che li logotenenti e altri offitiali che serrando per tempore in dicta terra no possino fare gratia ne componer pene alcune ascedenti alla summa de 3. scudi e piu: Et da tre scudi in gio le possino componere e farne gratia co la presentia e cosenso del factore de . S. S. J. sotto pena de Vinticinque scudi

66 Item ordina vole e comanda che le accuse facte contra uno delinquente de piu delicti no si possino dividere ma co(n)iunti Insieme se debino punire alle alteratione delle pene

~~67~~ Item che li offitiali predicti no possino pigliar denari de alcuna pena ma se debino pagare per colledore in mano del Cam.o de . S. S. J. Contrafacendo dicti offitiali Caschino in la p(re)d(ict)a dicta pena per ciascuna volta e chi li pagarra nel doppio de quel che harra pagato

~~68~~ Item che li offitiali predicti siano tenuti fare un libro ricontro co li Camorlenghi dove se scriviano dicte pene che se pagarrando e per qual causa

69 Item che dicte securta de no offendere e de representarse se debino dare duratur ad beneplacito de . S. S. J. che medesimamente paij penate e se debino scrivere in dicto libro qual poj finito loffitio Il . L . J . sia tenuto portarlo in mano de . S . S . J .

70 Item . S . S . J . ordina e comanda che li presenti Capituli se debino scrivere e notare nel statuto de dicta terra .

IIv

De electione potestatis cap.° primo

c. Quoniam universa membrorum compago ex dispositione capitis formatur, et de manibus cuiuscumque Rectoris sibi commissi populi, et communis principaliter pendet salus. Jccirco de ipsius electione Rectoris uel potestatis est. Jn Dei nomine principium faciendum, et primo hac presenti lege statuerunt et ordinauerunt. quod potestas dicte Terre, qui pro tempore fuerit, teneatur et debeat uinculo juramenti primo mense sui regiminis congregari facere consilium generale, et octo Dominorum priorum dicte Terre sanctigemini, et aliorum sapientium, quos dictis consilio et Dominis prioribus placuerit conuocare, uel sine dictis sapientibus, si dictis consilio, et prioribus pro meliori uidebitur expedire.

De juramento potestatis cap.° 2

R. Ut salubriter per Rectores quoslibet sibi commissum officium et regimen exerceatur, ac fideliter operetur. statuerunt, et ordinauerunt, quod nouus potestas dicte Terre, antequam incipiat eius officium exercere iuret et iurare debeat ad sancta dei Euangelia scripturis corporaliter manu tactis ipsum officium gerere sub infrascripta forma. videlicet dictam Terram, comune, et homines sanctigemini regere, gubernare, et manutenere sub obedientia Rectoris, Gubernatoris sancte matris ecclesie, et Domini nostri pape. ac etiam sub obedientia et Dominio Jllustrissimorum Dominorum Domini Ferdinandi Ducis Grauine, et domini Joannis Antonij Ursinorum, Dominorum et perpetuorum patronorum dicte Terre et eorum officialium pacifice et quiete. Homines, jura, et jurisdictiones, et bona dicti communis totis uiribus defensare, et seruare, et seruari facere ius et justitiam, in Terra predicta et omnibus petentibus coram eo toto tempore sui regiminis, et maxime orphanis, pupillis, pauperibus ecclesiis,

1v

ac miserabilibus personis, et quemlibet manutenebit et cõseruabit
pro posse in suo jure, et justitia. Stantiamenta, Reformationes,
Leges et decreta, quae sunt, et in posterum fient, dũmodo non sint
contra constitutiones in Terra praedicta seruare, et seruari facere,
ac executioni mandare, et ubi Statutum expresse nõ loquitur,
judicabit et cognoscet de similibus ad similia, et ubi ad simile adap
tari non posset, seruabitur simpliciter jus cõmune. bona cõmunis
praedicti conseruare, saluare, et reinuenire ac deueniri facere in com
muni praedicto toto suo posse curabit. etiã contentus suo salario sibi
promisso uel ordinato, et plus non petere, uel peti facere per se, uel
alium, directe, uel indirecte aut aliquo quaesito colore, nec expendere
uel consentire quod inutiliter aliqualiter expendatur de pecunia
et hauere communis praedicti, nec consentire quod per dictũ cõmune
debitum aliquod contrahatur, et maxime si tempore sui regiminis
aliquod contrahi contingat, in posterum illud solui et restitui faciat,
ut melius et utilius fieri poterit pro cõmuni praedicto: et con-
seruare commune et homines dictae Terrae in beneuolentia, gratia
ciuitatum, locorũ circũstantiũ et Terrarũ et vicinorum dictae Terrae,
et omnem causam de medio tollere toto posse, per quam Terrae vicinae
aduersus cõmune, et homines dictae Terrae, ac bona ipsorũ possent ad
Represalias, et discordias aliquas peruenire. datias imponendas
per dictum commune exequi, et exigere, ac conuerti facere
in utilitatem dicti communis sine aliqua mercede. Muros nãq;
ingenia, et propugnacula dictae Terrae singulis mensibus unã cum
dictae Terrae Cancellario reuidebit, de quo per eũdem publice appa
reat reformatum. et ubi eos expedierit redaptari, id illico fieri
facere dicti communis sumptibus et expensis sub pena uiginti

~~Quinq. denariorum. potestati predicto~~ qualibet uice in praedictis et qualibet
praedictorum fuerit contra factum. tenere credentias dicti communis sub silentio,
quaeq. tenenda fuerint in perpetuum, uel ad tempus. circa dicte terre custo
diam, et salubrem statum, pacifiuum et tranquillum die nocteq. attendi
facere cum solertia suo posse teneatur. de gestis, et gerendis per se, suosq.
officiales et famulos, in officio predicto eius finito reddere plenariam
rationem. iurabit etiam personaliter seruire dicte terrae sancti gem.
et communi praedicto, et non per substitutum toto tempore sui offitij.
nisi obtenta licentia consilij generalis, et dominorum priorum dicte
terre. in quo consilio duae partes ipsius, et praedictorum dominorum
priorum debeant interesse, et aliter fieri non possit. et omnia alia
et singula facere, et fideliter operari, quae utilia nouerit pro communi
et hominibus dicte terre, et inutilia praetermittere, et euitare
attendere, et obseruare promittat, et iuret quae in uolumine et huius
statuti capitulis seriosius continentur.

De electione notarij reformatium damnorum datorum et eius
juramento cap.o 3.

Cum communis negotia absq. cancellario nequeant exequi, et executioni
.C. salubriter demandari, hac praesenti lege statutaria decreuerunt,
quod potestas, qui pro tempore fuerit, teneatur et debeat uinculo
juramenti quando expediet congregari facere consilium generale
dicte terre, in quo una cum dominis dicte terre prioribus elegi, et nominari faciat unum bonum, sufficientem et expertum
notarium reformationum damnorum datorum, uiarum, fontium,
et pontium, dicte terre pro tempore futuro. qui quidem notarius

2v

si sui duxerit officium acceptandū teneatur et debeat uenire ad terram sancti gemini ad dictum officium exercendū una die ante initium sui officij, suumq. initium sumat officium ea die, qua sui inceperit officium exercere debeat, etiamq. teneatur idem notarius semper secum habere et retinere pro eius officio exercendo toto tempore sui officij unū bonum, et legalem famulum armigerum, aptum ad arma portandum, de dictaq. terra, et eius districtu non discedere. nec se quomodolibet absentare sine dicti cōmunis licentia speciali ad penam uigintiquinq. librarū cortonensiū computandorū continuo ad sui salarij exitum, toties, quoties per eum fuerit contrafactum. si autem repertus fuerit non retinere dictum famulum, in centū solidis uice qualibet condemnetur tempore sui sindicatus. ut enim abitudine honestiori prefulgeat, debeatq. etiam nullam participationem, familiaritatem, uel societatem habere cū hominibus et personis dicte terre in comedendo, bibendo, uel cū eis ex.ª sui officium ultra modū debitum conuersando ad penam superius adnotatam, Dn̄is dicte terre prioribus qui pro tempore dumtaxat excepti. teneatur etiā facere, et fideliter exercere officium cancellarie, et Reformationum dicte terre, et eas in libro originali transcribere seriose scati cū fuerint ordinate. debeat, etiamq. teneatur scribere, et in libro ponere omnes introytus et expensas causa dicti cōmunis. postq. Notarius eorūdem eos in suis libris scripserit seriatim, teneatur etiam exercere fideliter, et cum sollicitudine operari officium damnorū datorū dicte terre eiusq. districtus et de damna dantibus tam per accusationem, denuntiationem, inquisitionem, q. etiam per

iuramenti eligere vocare et nominare in sindicos duos probos viros de dicta
terra qui debeant sindicare et ratiocinare dictum dominum potestatem et suos of
ficiales de gestis et administratis per eos et quemlibet ipsorum et potestas
et sui officiales non possint ullo pacto syndicos sic electos suspectos alle
gare quibus comunitas teneatur et debeat perfecto syndicatu dare et solvere
pro eorum mercede florenum unum pro quolibet. Qui potestas et alii dicte
terre officiales deposito eorum officio teneantur et debeant stare et mo
rari ad sindicatum in dicta Terra coram dictis sindicis ad reddendum
rationem de gestis et administratis per eos tribus diebus integris in
quibus fiant tria publica bandimenta per terram predictam ex parte dic
torum sindicorum ut quicumque vult aliquid dicere vel petere ab ipsis po
state et officialibus vel familiaribus suis compareat coram dictis sin
dicis et potestas predictus in responsione generalis inquisitionis teneatur
et debeat cavere et cautione idonea prestare pro se et suis officialibus de
stando ad sindicatum et solvendo dictum et quamcumque condemnationem
in qua ipse vel sui officiales de iure venirent condemnandi. Et si in dictis
tribus diebus aliqua petitio non daretur eisdem vel alicui eorum
vel si qua frivola irrationabilis vel iniusta dictis sindicis videretur
facta refutatione eorum et talibus personis per ipsos tunc absoluti recedere
libere valeant. Si vero petitio daretur que admictenda videretur ibidem
morari teneantur tribus aliis diebus in quibus de ipsis petitionibus valeant
absolvi vel condemnari per dictos syndicos prout iuris fuerit. Nullus au
tem potestas vel officialis aliquis dicte Terre sindicari possit durante
tempore sui officii et regiminis pena sit petentis centum libre denariorum
cortonensium et consulentis vel arrengantis vigintiquinque applicandorum
ipso facto camere Illustrissimorum dominorum domini Ferdinandi ducis gravine et domini
Paulantonii Ursini dominorum et perpetuorum patronorum Terre predicte. Et
nihilominus quod fieret non servata forma predicta non valeant nec teneat

3v

ipso iure et dictus potestas p se et officialibus et famulis suis teneatur pare
re sententie ferende per dictos syndicos, ac eis et quolibet eorunde et ab
illorum sntia non liceat appellare qui syndici auctoritate habeant et
balia dcos officiales repertos culpabiles puniendi et condenadi sedum for
ma iuris et statutorum et ordinamentorum dicte Terre. Et quilibet dicte
terre potestas in fine sui officij teneatur et debeat relinquere et dare
dicto coi uel eiusde camerario qui pro tempore fuerit pro dicto
coi duas piccas valoris et cois estimationis unius florenj p qualibet,
et si idonee fuerint per dcos sindicos admittantur et per dictu camerariu
reponantur ubi per dnos priores fuerit ordinatu que quide picse in pe
cunias couerti no possint. Volentis vero dare petitione potestati suis
que officialibus et famulis debeant infra triduu cora dictis sindicis cum
torum petitionibus comparere quo termino elapso no debeant amplius audirj
adiicientes qd potestas et alij dicte terre offles debeant per dictos syndicos
de gestis per eos et super petitionibus sumarie sindicari et possint terminos
dilationes abreuiare p ipsorum arbitrio ita qd ultima sindicatus die post
uesperas dent et pmulgent absolutoria uel condenatoria sntiam.
Statuerunt insuper et ordinauerunt qd in electione sindicorum .M. prio
res eligant etia et nominet notariu dcorum sindicorum qui teneatur et de
beat sine aliqua mercede scriber et notare oes et singulas petitiones ac
tus et Testiu examen et pro suo salario habeat unu tmmodo Florenu
et plus petere no possit a dicto coi

De eadem materia cap.o 5

Potestas ceterum et alij dicte Terre officiales qui pro tempore fuerint no possint
nec debeant compellere cogere uel constringere, nec coartari facere aliquem hospita
torem tabernarium uel quemuis aliu de dicta Terra ad pstandu eis uel alicui eorum
quocumque colore quesito pannos lectorum uel alias res et si potestas uel officiales
eius pdicti de his tempore syndicatus reperiretur culpabilis in quinqua
ginta libris denariorum cortonensiu per dictos syndicos condemnetur qui quide

cindici teneantur et debeant facer' gnalez inquisitione' inter hoies cuiuslibet quar
terij dicti Terr' de gestis per off.^les pdictos et quemlibet eorumdem ab ipsisque
officialibus libri debeant in gnali cosilio exhiberi otto diebus ante fine' ipsorum off.i
qui per dictos syndicos debeant revideri ut sciatur recte quid continetur
in eis semper enim gnalis petitio 9 dictos officiales et famulos pro parte
cois offerri debeat more solito et super ea sumarie procedatur ut sup
prescribitur seriose si vero syndici et ratiocinatores pdicti in his fuerint
negligentes dolosi uel remissi in centum lib. denariorum per futurum po
testate irremissibiliter codemnetur de quibus idem futurus potestas in
quisitionem gnalem facer' teneatur qd quilibet capitulum sit pcisu et tol
li non possit consilio uel arrenga

De electione priorum et eoru' Balia cap. 6

V t cois utilitas et negocia salubrius et solertius efficiantur. cum per probos
officiales Terrigenas aliqua apertius discernatur et inuestigentur fideli
ter hac pnti lege statuerunt et ordinauerunt qd in dicta Terra sit et habe
atur officiu' dnorum priorum qui scribantur per cancellm dicte Terre in decem
breuibus videlicet otto pro quolibet breui et imbussulentur in quoda' bussulo sigil
lando sigillo cois pdicti et per dictum cancellariu' retinendo et singulis duobus
mensibus in gnali dicte Terr' consilio unu' ex dictis breuibus extrahatur de dicto bus
sulo per dictum cancellm et qui in dicto breui scripti reperientur nuncupentur
et habeantur dni priores et prioribus dicte Terre pro duobus mensibus similiter
alij ut dictu' est more solito extrahantur et cu' dictum bussulu' vacuu' fuerit
hij qui extracti ex eo fuerint reimbussulentur in eo per cancellm memoratu'
qui dni priores teneantur et debeant uinculo iuramenti se congregare pro
dicti cois exequendis totiens quotiens fuerit opportunu' et semper subire ac
fideliter operari utilia pro coi et inutilia pretermittere et uitare possint etiam
et eis liceat expendere de pecunijs et auere dicti cois pro comodo et utilitate

eiusdem decem lib denariorum inter oes tunc coi presidentes pro quolibet mense
et non ultra absq3 consilij gnalis deliberatione et si plus cor tpe solueretz inci
dant in pena centu bollr p quolib3 et uice qualib3 et Camerarius qui pro tpe
fuerit expendens ultra quantitatem pdicta dicta pena mulctetur et nihilo
minus qd expendisset de suo intelligatur gerio persoluisse. Cancells autz
predicta scribens dictam pena soluer teneatz. Que quide dnor priorū con
gregatio semper fieri debeat in domo habitationis cancellij in absentia po
testatis et off. suor nisi per eos foret cum expedierit aliud reforma
tum. Possint etiam et ualeant autoritate pntis capli pro salute et statu
pacifico dicte Terre circa negocia dicti cois ac oia que pro statu et eiusdem
comodo uiderint expedire stantiare et reformare et ordinar et prouider
ac penas imponer et alia facer et exequi diligentz que ipis dnis prioribus
ex forma quorūcūq3 statutorū et ordinamentorz comissa sunt uel est eis
balia uel autoritas attributa hoc semper dum taxat excepto qd ex se
ipis absq3 deliberatione consilij gnalis dicte Terre ultra dictas decem
libras pro mense inter oes expendendo uel aliquid dado de bonis et aue
re dicti cois nullam habeant potestatem. Semper enim agenda per eos
mitti ad partitu debeant inter ipos ad bussula et pallottas que semper per ma
iorem partem ipoz debeat obtineri nec ex eis paucioribz quinq3 ad dicti cois
negocia peragendu ualeant quomodolib3 repperirj et quicquid per eos
uel maiore parte ipoz factum fuerit siue gestu ordinatu prouisum
stantiatu reformatu decretu et deliberatz fuerit seruatis pmissis ualeat
et teneat aucte pntis capli et executioni mandetz. Qui etia teneantur et
debeat uel duo ex eis facere requisitione potestatibz qui p tempore
de se suorzq3 offo familiaribz et equis ad minus ter in mense uel ad
ad eorum petitionem et terminu ut uiderint expedir. Et illi duo qui
semel dictam requisitione fecerint alij semper no possint. Sed alij duo
subsequenter ut fuerit oportunu que requisitiones rescribantur per

cancellarium dicte Terre publice roborate. Si uero dicti domini priores uel cancellis in his fuerint negligentes tepidi uel remissi uel fraude seu dolum commiserint per futurum potestatem dicte Terre in centum solidis denariorum pro quolibet et uice qualibet condemnetur

De electione Cammerarij comunis suique notarij Cap.° 7

N e pecunia et auere res et bona dicti comunis perdantur sed potius conseruentur pro necessitatibus dicti comunis et cum modis et ordinibus debitis dicta pecunia persoluatur hac salubri statutoria lege decreuere et ordinauere quod domini priores dicte terre qui tunc dicte Terre statui presidebunt otto diebus ante finem officij cammerarij dicte Terre teneantur et debeant uinculo iuramenti congregari facere consilium generale in quo per eos more solito eligantur et nominentur quatuor boni et legales homines dicte Terre quos meliores et legaliores nouerint pro ipso comuni. Et sic electis potestas fieri faciat scrutinium secretum de ipsis quatuor in ipso consilio et per ipsum consilium, qui plures uoces habuerit sit camerarius dicte terre cuiusque duret officium tribus mensibus tunc proxime futuris et elapsis dictis tribus mensibus successiue alius uel alij camerarij eligantur modo predicto. Et nullus possit esse uel eligi camerarius dicte terre qui in ipso fuerit officio a duobus Annis proxime preteritis antea et etiam qui non fuerit allibratus in catasto et libro dicti comunis in ducentis libris cortonen. uel ab inde supra eundemque modum osseruare uolentes circa electionem notarij dicti camerarij et qui fuerit notarius tribus mensibus alijs successiue tribus esse non possit se alius seu alij notarij eligantur modo iam dicto. Qui quidem camerarij habeant pro suo salario in dictis tribus mensibus quinque libras denariorum cortonen. Notarius uero tres libras cortonenses pro dictis tribus mensibus habeat et non plures. Teneatur et debeat etiam dictus camerarius antequam incipiat suum officium exercere iurare ad sancta dei euangelia scripturis corporaliter manu tactis quod dictum eius camerariatus officium bene et legaliter exercebit pro eius osseruatione

et de administratione sui officij reddendo plenariam rationem primo et
ante oia fideiussores Idoneos prestare dicto Coi firmiter teneatur. expense
enim fiende per dictum camerariu fiant modo subscripto vz. qd de mādato
Potestatis possit et ualeat expendere vz de pecunijs et auere dicti cois quolibz
mense uiginti solid den. cort et non ultra ab inde uero supra semper cum de
liberatione consilij generalis et dominor Prior dicte Terre. Et si aliter dictus
camerarius expensas faceret ditto comuni de suo proprio reficere teneatur et si potas
uel qui uis alius fieri fecerit uel mandauerit quinquaginta lib. den. corton pro quolibz
et uice qualibz per sindicos cōdempnetur. Qui quidem camerarius habere debeat duos
libros introytuu et expensar, unu quor prope dictu eius notm et per dictu camerariu
conseruandu et retinendum et ne error in poster ualeat exoriri aliu uero copiandum
et conficiendu ex eo per cancell.m dicti cois qui pro tempore fuerit et per eum nomine
dicti cois retinendum super quo per ratiocinatores dicti cam. reddatur ratio de intro
ytibus et expen. Nulle enim expense fiant de bonis dicti cois nisi per camerarium
eius que subito ne fraus possit comitti per dictu eius notm ad exitus cōscribantur, nec sine
apodissa sigillata bullecta dominor prior a dece sol supra. Teneat et et debeat Idem came
rarius nulla recipere a quoq pecunie quantitatem uel introytu dicti cois nisi per camerariu
eius not uel cācell.i dicte Terre, si uero dicti camerarius eiusq notarius uel cācellarius in his
et predictor quolibz fuerint negligentes dolosi, tepidi uel remissi in decem lib. den corton
pro quolibz et uice qualibz per supra dictu sindicu condempnetur. Statuentes etia qd bis introy
tus exitus et expen cois predicti singulis mensib per dicti cois cantell. legi et uulgari Zari
debeant in cōsilio genli dicte Terre qd si nō fecerit pro uice qualibz decem lib pena mul
ctetur. debeat etiamq teneatur camerarius predictus una cu eius notario colligere et exiger
omnes et singulas datiuas collectasq per dictu comune imponendas uel alius per dicti cois
cōsiliu cu expedierit exigendas, qui teneantur et debeant uinculo Iuramenti et pena uigin
ti quinq lib corton den pro quolibz et uice qualibet dare cuilibz soluenti dictas datiuas et collectas
apodissa continentem quantitatem solutionis datiue et tempus et qui dicta apodissa eisdem cultorib
nō petierit centu sol pena mulctetur. not. autem dicti camerarij teneatur et debeat uinculo

iuramenti et ad dictam penam scriber oes introytus et expensas dicti cois ac libros datiar et collectar semper cum fuerit oportunu sine aliquo alio salario ptio uel mercede. Adicientes qd si electores huiusi camerarij et notij forma huius capli no seruauerit quilib cor soluat noie pene coi pdicto decem soll den cort quam pena potestas de facto ab eis exiger teneat quod quippe capitulu an q dca electio celebretur legi debeat et uulgarizarj per cancellar dicti cois in gnali consilio dicte terre itaqd no possit quis piam ignorantia allegar et hoc capitulu sit pcisu et inuiolabilit obseruet et tolli no possit consilio uel arrenga

De consilio renouando cap^o 8

Ut dicti cois negocia salubriter exequatur et rite pcedant et ne possint absq deliberatione matura talia pertransire statuerunt et presenti lege firmauerunt in principio regiminis potestatis et in primo fiendo consilio qd per eundem eligantur consiliarij gnales s3 numero quadragintaotto quos de nouo eligant et eligere debeant alij consiliarij ueteres modo et forma infra scriptis v3 qd unusquisq dictor consiliarior ueteru possit debeat et sibi liceat eligere unu quem sibi meliore eliger uidebit pro coi dumodo talis electus sit in lib et catasto dicti cois adscriptus particularit per se uel coiter cum alio in ducent lib cortonen uel abinde sup et no possit eligi nisi unus tantu de domo uel familia simul habitante et uiuete in una coquina et uita et si alr fieret ipa sit nullius efficacie et momenti sed mo et forma pdictis alius eligatur quor nouor consiliarior duret off.^m per sex menses et finiti dictis sex mensibus successiue alij eligantur dicto mo uolentes ex nuc auctoritate presentis capli qd quicquid et totu semel et plures totiens et quotiens per dictu co[n]siliu reformatu prouisu decretu statutum ordinatum et stabilitu fuerit ualeat et teneat et executioni mandet sicuti factum et gestum esset per dicti cois parlamentum consiliu uel arrenga dum

tamen qd in ipso consilio due partes dictor consiliarior et dominor pri
orũ debeant interẽe et semper ordinanda et reformãda in dicto cõsilio
optineri debeant per maiorem partẽ ipor hoc tamẽ dũtaxat excepto qd
qn tractabitur de expensis tunc illud per tres partes firmiter debeat
obtineri

De electiõe ratiocinatorũ camerarij et dataiolor cõis cap.o 9

A d hoc ut de gestis et administratis per camerarios dicti cõis de introy
tib et expensis ac dataiolos et exactores collectar plena ratio uide
atur statuerũt et ordinauerunt qd per dños priores dicte Terre qui
pro tpr fuerint eligantur et imbussulant duodecim boni ratioci
natores et legalr hoĩes de dicta Terra in quatuor breuib diuisi
trib pro quolibet breui et de Bussulo dicti tres in gñali dicte ter
re consilio singulr trib mensib extrahantur qui ratiõe et calculũ
ponant cũ Camerarijs et datiuar cultorib dicti cõis bene et legalr
sub uirtute pstiti iuramẽti. Nullus enim dictor ratiocinatorũ im
bussulandor attineat linea cõsãguinitatis uel parentele alicui ex dcis
camerarijs et dataiolis et si secus fieret non ualeat ipo iure. Qui quidẽ
ratiocinatores teneant et debeant uinculo iuramenti mature et particu
lariter et inspicere et uider oẽs et singulos introytus exitus et expensas
dicti cõis tempore camerariatg eius fecerint rationem et cũ dictis camrĳ
datiuar cultorib calculũ fecerint fidelr et legalr operarĳ ut uti
lius et cõmodius uidebitur pro cõi. Et potestas dicte Terre qui pro
tempor fuerit teneat et debeat exiger et exigi facer sine aliqua
mercede ab oĩb et singulis penes quos dicti ratiocinatores inue
nerint uel assignauerint remansisse de pecunijs et auere dicti
cõis quos realr et personalr cogere possit put sibi uidebit expe
dire. Et potestas pdicta fieri faciat et executioni mandar pena ui
ginti lib cortonen denar de suo salario absq aliquo a predictis

remictere debentibus exigende consanguinitas uero superius enarrata intelligatur usque in secundum gradum, quorum quippe ratiocinatorum et bonorum communium duret officium per unum annum et finito anno alij duodecim rembussulentur ut uidebitur dominis Prioribus qui tunc dicte Terre statui presidebunt qui habiant et habere teneantur pro eorum salario quindecim sollidos denariorum cortonensium pro qualibet camerariorum et datiolorum integratione quicquid enim factum fuerit per eos et quemlibet ipsorum auctoritate presentis capituli ualeat et teneat pleno iure si uero in his et quolibet eorum cum fuerint negligentes dolosi tepidi uel remissi nullum habeant salarium a communi et nomine pene quadraginta sollidos pro quolibet soluere teneantur etc.

Quod potestas et sui officiales non possint comedere bibere
Nec ludere cum hominibus dicte Terre cap° X

Ut rectores et officiales Terrarum habitudine honestiori perfulgeant ne familiaritas contemptum pariat statuerunt et ordinauerunt quod potestas dicte Terre nec aliquis eius officialis debeat nec possit comedere bibere siue ludere ad aliquem ludum taxillorum in terra S.ti Gemini cum aliquo seculari uel clerico de dicta Terra nec aliquid comestibile recipere ab eisdem nec aliquid aliud quod si secus fieret per eosdem in predictis uel aliquo predictorum in decem sollidis denariorum pro quolibet et uice qualibet condemnetur et de predictis non possit dari licentia nec in aliquo predictorum nec super ipsis aliquatenus dispensari qui uero contra predicta arrengauerit in decem sollidis cortonensium per futurum potestatem uice qualibet condemnetur.

Quod potestas et eius officiales non possint recipere consulteram cap° XI

Cum aliquando officiales et rectores Terrarum temerarie et non ex uero zelu efficiuntur inter partes cohabitatores unius ex quo possit materia scandali suscitari idcirco ipsorum presuntuosis malitijs obuiare uolentes hac inuiolabili lege firmauerunt quod potestas dicte Terre nec aliquis eius officialis pos

7v

sit petere uel recipere consultura uel accaptu per eos uel interposita persona quouis colore quesito de aliqua re uel causa ciuili uel criminali que agitaretur coram eis uel aliquo eorundem uel que agitata fuerit cora predecessoribus eorum nec aliquis eorum possit esse assessor uel procurator uel coadiutor in ipsis causis qui uero contrafecerit in predictis uel aliquo predictorum in centu- collis denariorum pro quolibet et uice qualibet sindicatus tempore condemnetur et applicetur cam. Illorum Dnorum Dni Ferdinadi Ducis Grauine et Johannis antonij Ursinorum dnorum et perpetuorum patronorum dce Terre et Potestas hoc iurare faciat officialibus et familiaribus suis et etia Baiulis ut de- beant obseruare premissa si uero accatu acceperint in decem libris de- nariorum corton pro quolibet et uice qualibet sindicatus Tempore codenetur.

Quod potestas et eius officialis non possint peter arbitrium cap. 12

N e potestas et Terrarum Rectores de facto arbitrarie et non iuridice contra quemqz presumpant immo secundum forma Iuris et horum precedentium seriem statutorum hoc salu- bri decreto firmauerit quod potestas dicte Terre et sui off.les no possint pete uel pon facere arbitriu in consilio uel arrenga uel etia pponer uel proponi facer aliquid in in eisdem per quod arbitriu mariatur aliquid aliud contra cap.lm pntis statuti pena centu Librarum denariorum cortonentium pro quolibet et uice qualibet qua fuerit per eos et eorum quem libet contrafactu et procurauerit uel arregauerit predicta soluat nomine pene cam. predictorum Illorum Dnorum quinquaginta libras den corton et consiliu generale no consenciat in predictis nec domini dicte Terre priores nec illud pponi permictat in ipso consilio uel arrenga syndici aute qui pro tempore fuerint de predictis ipm potestate et off.les suos debeant sindicar et ipos repertos culpabiles punire et codenare secundum forma Iuris statutorum et ordinamentorum dicte Terre et si Dni priores et consiliarij consentirent pponi quilibet eorum in dicta pena quiquaginta lib incurrat que ab eis et eorum quo libet exigatur et exigi debeat per futuru potestate cuius pene medietas sit procuratorum Illorum Dnorum et alia potestatis

esse possit nec ullus alius qui eet in domo seu societate hominis a uiginti annis
infra uz qd non habeat aliquem hominem in sua domo et familia maiorem uigi
ti annis ad dictum exercendum officiu cogi possit inuitus sed ipum renuere ualeat
suo uelle qd si secus fieret in predictis uel aliquo pdictoz nullam obtineat robo
ris firmitatem.

De Syndico eligendo qui assignet potestati res in palatio existētes cap.º 16

Ne res et bona dicti cois existentes in palatio eiusdem et alijs locis habitationē offi
cialiu dicte Terre perdantur sed potius per conseruationē et inuentariu conseruētur
decreuerūt et ordinauerūt qd in gnali consilio dicte Terre eligatz ad brisciu
los unus bonus idoneus et legalis hō de dicta Terra qui sit Syndicus dicti cois
ad assignandu potestati et alijs officialibz dicte Terre campana grossa et par
uam letterias cassas Tabulas et alia suppellettilia et massaritias dicti cois
que sunt in eiusdē palatio ac etiā in domo dicti cois habitatiōis cancellie
dicte Terre quas res sic dictis officialibz assignatas per dictu Syndicum potas
et officiales pdictj teneantur et debeāt in fine ipoz offi ipi Syndico uel alij pro
teī predicto et ad penā decem lib. den cortonen de eius salario et in restitutiōe
dupli reru nō repertaz sindicatus tpe condemnetur Simile enim inuentarium
per dictum Syndicu fierj uoluerūt de Tubba et tubetta quibz utitur preco dic
ti cois ac illas eo modo quo sup reassignare teneatur Cuius quidē Syndici
duret offm per sex menses et finitis dictis sex mensibz successiue alius eligatz
cum salario decē soldr corton pro semestrj. si uero in pdictis uel aliquo pre
dictoz fuerit dolosus negligens uel remissus nulliu salariu habeat et in cen
tum soldis cortonen per futuz potestate uice qualibz condēnetur.

De custodibz fontiu eligendis cap.º 17

Ut aquas fontiu in teritorio existentiu nemo contagionis labe cōmaculet hac le
ge firmauerunt qd potas dicte Terre qui pro tpe fuerit in principio sui re
giminis congregari faciat consiliu gnale et duoz priorū dicte Terre in quo
eligi et nominari faciat ad brisciulos settem bonos hoies idoneos et legales uicisto

8v

dis qui custodire debeat infrascriptos fontes vz de contrata fontis canalis aliu de fo
te famarami aliu di fonte scientelle aliu de fonte camelle aliu de fonte leo
pardi aliu de fonte S.ti laurentij et aliu de fonte manialiu dominaru qui tenea
tur iurar custodir dictos fontes legalitz et bona fide cu omni diligentia
qua poterit et denutiar oes personas in dictis fontibz et ipoz quolibet
turpitudine uel bructura aliqua facientes quolibz die dominico cora curia
et officialibz dicte Terre uel not.o dannoz datoz et habeant medietate pe
ne et alia medietas sit cois et eoz accusationes in credentia teneatur
si uero dolu uel negligentia comiserit in decem solLis cortonen pro quo
libz et uice qualibet puniatur.

De estimatoribz equoz et similiu eligendis cap.o 18

Quoniam ut plurimu per equoz mutatione cu moriuntur uel magangiatur estima
tione no congrua repetunt mutuantes quod coi et spetibz personis eiusdem po
test periudiciu generare igr hoc puti statuto statuerut et ordinauerut qd ptas
dicte Terr qui pro tpe fuerit primo mense sui regiminis in consilio gnali et
duoz prioru dicte Terr uinculo iuramti debeat et teneatz eligi et no
minari facer ut ipsi consilio uidebitz duos bonos hoies et legalis de dicta ter
ra et in cotineti electione eoz facta omnes equos equas roctinos et mulas de
dicta Terra estimari faciat que estimatio scribatz per cancellum dicte
terre et teneatz secreta quousqz fuerit ppalanda ita qd si cotingat tali
qua ex his bestijs magangiarj uel mori tunc illu estimatione coe uel
singulares persone emendet illa no obstante qd de ipsis bestijs uel ali
qua earudem uenditio apparuerit de qua sola emenda fiat iuxta estima
tionem predicta

De duobz hoibz eligendis ad inueniendu casalina et bona dicti cois cap.o 19

A d hoc ut iura domus et casalena possesiones iurisditiones et bona dicti cois ma
nuteneantz et conseruentur perhenniter statuerunt et ordinauerunt qd potestas dicte
Terre qui pro tempore fuerit primo mense sui regiminis in consilio gnali et do-

minor prior dicte terre teneant et debeat vinculo iuris eligi facere duos homines bonos et legales de dicta terra qui revidere velint omnia et singula bona communis predicti ubicumque sint et inveniri poterunt et penes quoscumque in terra Sancti Gem. et eius districtu et casalena dicti communis que sunt in dicto podii Azuani de terris Arnulphorum ac etiam silvas prata montes cesas et alia dicti communis iura que in tenimento dicti castri podii sunt. Et dicti duo ut syndici dicti communis revidere teneantur et debeant predicta et ea locari facere teneatur potestas pro dicto communi et predicti duo habeant unum notarium ad scribendum ea que fuerint oportuna et habeant pro eorum salario quilibet eorum quando irent extra terram dicta de causa quatuor solidos denariorum contenendum et ipsa bona plus offerenti et dare volenti locetur quod fieri potestas predictus vinculo iuramenti et ad penam vigintiquinque librarum de suo salario fieri facere per syndicum dicti communis omnium tam mobilium quam stabilium dicti communis unum inventarium quod deponatur apud et penes quendam bonum et legalem hominem dicte Terre per dominos priores dicte Terre qui pro tempore fuerint eligendum et facto dicto Inventario debeat per banitorem dicti communis publice preconizari quod quicumque vult de bonis ipsius communis videlicet domibus casalenis existentibus in tenimento dicti castri ad coptumum recipere veniat ad faciendum se scribi et quod dicti communis ad predicta specialiter deputatus faciat unicuique volenti instrumentum locationis pro illo tempore quo voluerit et pro illo precio quo videbitur dominis prioribus qui tunc dicte terre statui presidebunt et si non reperirentur volentes ipsa bona recipere ad coptumum et per consilium generale et domini priores dicte Terre eligantur quinquaginta boni et sufficientes homines dicte Terre qui cogantur per dictum dominum potestatem ad accipiendum dicta casalena domos silvas cesas ac cursus aquarum ac omnes et singulas dicti communis possessiones existentes in tenimento dicti castri podii ad coptumum pro illo tempore et precio quo videbitur declarari per consilium generale et dominos priores predictos et ad dividendum bona predicta prout dictis dominis prioribus videbitur et placebit.

De hominibus eligendis ad inveniendum focularia capitulo 20

Quia pro indigendis in dicta Terra per focularem dationis oportet quod focularium

9v

ius habeatur ideo p(redic)ti lege firmaverunt q(uo)d potas d(ict)e Terre qui pro t(em)p(or)e fue-
rit in principio sui regiminis vinculo iuramenti eligi facere teneatur
otto bonos ho(min)es dicte Terra duos v(idelicet) in quolibet quarterio qui reinve-
nire debeant iur(amen)to o(mn)es foculares p(redic)te Terre et ipsi reinventi scri-
bantur in uno quaterno cartarum pecudinarum qui semper stet et remaneat
in armario dicti co(mmun)is proviso q(uo)d p(redic)ti o(mn)es foculares teneantur solvere
datiua et collecta que imponerentur per foculare in d(ict)a Terra et q(uo)d
o(mn)es illi qui vitam igne seu laboritium faciunt per se divisim ab alio solvere
teneatur datiua predictam. qui vero p(redic)ta cosa fecerint cum alio o(mn)es
tm pro uno foculari solvere teneantur no(n) obstante q(uo)d plures reppe-
rirentur et essent.

Q(uo)d Datiue imponantur per libram cap(itul)o 21

Cum non solum per foculare datiuas imponi expediat vere etiam aliqua per li-
bram circa q(uo)d p(redic)ti decreto statuerunt et ordinaverunt q(uo)d o(mn)es datiue et collec-
te imponende in posterum per dictum co(mmun)e imponantur et colligantur per li-
bra sicuti in catastis dicti co(mmun)is factis et faciendis apparet vel apparebit
nisi ex causa alia videretur aliud provider(e) consilio g(e)n(er)ali et dominis prioribus
dicte Terr(e) salaria vero potestatis census et similia imponantur et exigantur
per focular(e) pro quo potestatis salario colligendo potas portas claudi non
faciat ad penam vigintiquinque lib(rarum) denariorum cortonensium d(ict)o co(mmun)i syndicatus
tempore solvendorum

De partitis faciendis ad bussulas et pallutas cap(itul)o 22

Ad hoc ut partita super negocijs in consilijs dicti co(mmun)is quibuscumque gerendis
mittantur ad bussulas et pallutas et no(n) more tyrannico exequatur decre-
verunt et ordinaverunt q(uo)d potas dec(te) Terre qui pro tempore fuerit teneatur
et debeat vinculo iur(amen)ti et pena decem lib(rarum) fieri facere super quocumque facto
in consilio g(e)n(er)ali et D(ominorum) priorum dicte Terr(e) partitum ad bussulas et pallutas q(ue)
bussule debeant e(ss)e due una quarum sit alba alia vero nigra et sint ferrate

supra dicta sub uirtute prestiti Jur.ti Addicientes qd nullus notarius potestatis
uel officialis dicte Terre possit nec ualeat facere aliquem contractum obligationis pro
cure compromissi uel cuiuscumq alterius conditionis et forme ac etiam contrahere uel
dare aliquam Scripturam publicam uel priuatam in ciuilib uel criminalib alicui spli per
sone Terrigene uel forensi de scripturis eorum quas facerent uel precessor eorum in cartis
pecudinis, bambacinis. Et si ipas scripturas exhiberent copiarent uel rogarent ipos con
tractus ut predicitur ex nunc prout ex tunc ipe scripture siue copie et contractus
cuiuscumq tenoris existant sint et esse debeant nullius ualoris efficacie et momen
ti et nihilominus suo officio sit priuatus et Infamis et falsarius habeatur et
si absq alia sollepnitate iur et scripture processus sententia ferenda et etiam pin
gatur in palatio cois cum burseia ad latus et cum mitria in capite cum scriptura
apposita que dicat falsarius et qd syndici comunis teneatur et debeat uirtute
prestiti Jur.ti et ad penam uigintiquinq lib. den cortonen ad petitionem cuiuscumq peten
tis dicti cois expen. rescriber comuni illius terre unde esset ille notarius qui contrafe
cerit in predictis uel aliquo eorum dem quomodo ipe not. est publicatus in dicta Ter
ra pro Jnfame et falsario. Et potestas ad petitionem cuiuscumq petentis teneatur eum
remouere a dicto officio ad penam priuationis sui officii, Et nihilominus qui dictas
scripturas dedibi fecerit ipsis notariis uel alicui ipsorum nomine pro quolibz et
uice qualibz in decem lib condepnetur. Et qd dictus potestas siue notarii sic delinquen
tes non possint restitui ad dictum officium aliqua ratione uel causa nisi in pub.co par
lamento in quo Intersint ad minus quingenti homines Et qd Camerarius cois teneatur
soluere salarium ad petitionem syndici uel partis petentis nuptio qui iuerit ad nota
fecandum predicte Terre unde est not.s uel not perpetrantes, Et quicumq arrenga
uerit uel dixerit contra predicta In consilio pub.co uel priuato seu parlamento
in quinquaginta libris cort uicequalibz condepnetur. Et hoc capitulum sit precisum
et Tolli non possit uel suspendi nisi modo predicto quasquidem scripturas sup dicti
not et quilibz eorum teneant et debeant mitter in quaternis ordinariis ut prescribit
in spatium quinq dierum absq aliquo salario precio uel mercede ad penam superius de
negligentia denotata

De Syndico hospitalis eligendo et eius officio cap° 24

Ut pauperes et miserabiles persone in hospitali dicti cois misericorditer pertractentur et ut hospitale predictu et bona ipsius manuteneant pro pauperib. supradictis pnti lege firmauerunt qd potestas dicte Terr qui pro Tempore fuerit primo mense sui regiminis teneat et debeat vinculo Jur. eligi facer in consilio gnali et D. prior dicte Terre unu bonu et legale syndicu hospitali paupe dicte Terr Juxta porta qui bona ipsius hospitalis reinueniat manuteneat et conseruet et conseruari faciat et de predictis bonis et rebus massaritiis et lectis hospitalis predicti teneat facer Inuentariu et monere hospitaleriu ac eidem mandare qd res et bona dicti hospitalis det et teneat ad seruitiu paupe et no ad ipsius propriu usu Et ipos pauperes ad ipm hospitale uenientes benigne et misericorditer pertractar et recipere debeat et tener et si dictus hospitalerius mandatu ipius syndici no seruauerit sed potius neglexerit illud et si sic habere uoluerit q dictus syndicus possit talem hospitaleriu remouer et aliu reeliger et substituere loco sui et sibi In totu uel in partem officium interdicer prout utilitas exigerit hospitalis et si aliqua persona male fame esset in dicto hospitali uel in ipo uentura esset pro tempore qd dictus hospitalerius ad requisitione dicti syndici eam debeat remouere. Qui talis syndicus possit esse laycus siue clericus et debeat dictu hospitale requirere duab uicib pro qualib ebdomada et si expediret in predictis consensus et authoritas Dni Narnien. Epi qd ab eo misericorditer imploretur. Inuentariu uero de rebus hospitalis predicti semper pub.ce in eo debeat resider Et predictu potestas fieri facer teneat uinculo Jur. et ad pena centu lib. cort de suo salario Et si talis syndicus esset negligens in predictis in decem lib. cort uice qualibet condepnetur p syndicos qui syndicabunt potestate et alios officiales dicte Terr. Ipsuq etiam debeat ratiocinare de dolo gestis et neglectis et dictus syndicus petat lecta et relicta et iudicia et alia que ipsi hospitali relicta fuerint pena centu sol. cort de suo proprio Et Camerarius cois predicti Teneatur et debeat de pecuniis cois dare et soluere ipi hospitalerio sex lib. cort de quib. dent emant pani per dictu syndicu pro lectis dicti hospitalis promiso qd potestas primo mense sui regiminis iurari faciat

omnes notarios de dicta Terra qd debeant assignare dicto Syndico omnia relicta facta et facienda ipi hospitali in otto dies post relictu factu pena centu sol cortz uice qualibz et pro quolibz cor dem. Et qd oia relicta ipi hospitali facta et facienda ad petitione ditti Syndici potestas et sui officiales teneantz et debeant cogere et costringere fidei comissarios et heredes testatoris uel illius qui fecerit relictu sumarie et de plano sine strepitu et figura Iudicij in personis et rebz no obstantibz aliquibz ferijs facta prius fide dicto potestati uel suis officialibz de dicto relicto per testes uel instrumentu et si dictus heres uel fidei comissarius essent clerici uel no subiecti Iurisdictioni dicti cois requiratur diocesanus qd placeat sibi dictu clericu uel no subiectu cogere et costringere ad dictu relictu dicto hospitali soluenda et qd potestas teneat quolibz mense pro hospitalerio et Syndico predictis mittere et ab eis et ipoz quolibz per sacramentu exquirere si sciut aliqué qui dare teneat aliqua pecunie quantitate uel aliquid hospitali predicto qd ipi dno potestati debeat assignare

De pena arrengantis ultra proposita cap° 25

Ne oratores trasgrediendo terminos ualeant ultra proposita arrengare statuerut et ordinauerut qd nullus cosiliarius consulat uel arrenghet ultra proposita nec etiā repetat dictu alterius consultoris Qui uero contrafecerit in quinqz sol cortz per potestatem de facto uice qualibz puniat ~

Qd nullus intret consiliu sine licentia cap° 26

Cum Testante Catone nemo no uocatus ad consiliu debet dirigere calles suos quapropter temerarioz uersutijs obuiantes statuerunt qd nullus Intrare presumat palatiu dicti cois du esset cogregatu consiliu gnale et dominoz prioz Terre predicte sine licentia potestatis et uoluntate ipsius consilij qui uero contrafecerit in dece sol cortz de facto per potestate uice qualibz puniat ~

Qd medici non cogantur acceptare aliqd officiu cap° 27

Ut imbuti scientijs et presertim medici quibz concedit aliqualis prerogatiua no grauentur inuiti decreuerunt et ordinauerut qd nullus medicus possit grauari inuitus de aliquo officio excepto qz de off° consiliarie nec etiam cultor datiue eligatur inuitus et si secus fieret ipsa electio no ualeat ipo Iure et potestas ipos non cogat pena decem libraz denz cortonen dco coi de suo salario soluend

De Instrumentis Venditionis factis in fraudem cap.o 28

Ad obuiandum malitijs fictitie contrahentiu statuerut et ordinauerut qd si aliquis uen
didisset aliquam possessionem occasione alicuius cure uel cautionis quam pro eo fe
cisset uel aliquam obligationem uel depositu fecisset alicui et post Tempus dice
ret uenditor dictam uenditione factam fuisse pro cura et cautela uen recipien
ti et hoc posset probari per legitimos testes uel publica fama decem testiu
fidedignor approbata qd ipa Venditio fuerit facta pro cura ipius et de ipa
cura ee sibi integre satisfactum uel satisfacer cu effectu potas ad petitio
ne petentis faciat huiusmodi instrumentu cassari et cancellari intra spatiu
quinq dier quantumcuq emptor huiudi esset in tenuta et possessione dicte
terre uendite et uenditorem in possessione inducat Si uero aliquis fecerit instru
mentu alicui uel apud aliquem occ.e partis tpe retroacto uel quocuq tē
pore de aliqua quantitate pecunie uel in re idem tale Instrumetu cassetur
ad petitionem petentis dumodo probetur per quatuor testes de credulitate
fidedignos uel per not.m qui tale Instrumentu conscripserit et duos testes
de fama uel credulitate qd dictum tale Instrumetu fuerit ratione partis co
fectu non obstante qd si dictu tale instrumentu appareret fuisse con
fectu in forma mutui uel depositi ad hoc ut pdicti testes habeant in
bonis p quolibet in catastis dicti cois ducent lib et sint bone opinionis
et fame non obstante aliquo processu facto sub uirtute pstiti iur.ti et ad pe
na uigintiquinq lib cortonen presumatur etia simulate et fittitie Venditio
nes facte de bonis quibuscuq que post uenditione possidentur as uendito
ribus per tres annos et ultra pacifice et quiete et emptor in sua lib ac
catastari non fecit uel de eis datiuas et collectas no soluerit easq po
testas teneat et debeat uinculo iur.ti cassari et cancellari facer ad pe
titione cuiuscuq petentis

De priuilegijs et Instrumentis cois recondendis cap.o 29

Ne priuilegia et Instrumenta et alia dicti cois iura perdantur sed potius co
seruentur illesa hoc inuiolabili decreto firmauerut qd potas dicte Terre qui
pro tempore fuerit teneatr et debeat Vinculo iur.ti et pen centu lib cor

tonen dicto cōis syndicatus tempore soluendaꝝ intra otto dies post publicationem huius statuti fieri facer una arca siue cassam in qua reponatur et colloce tur oīa priuilegia instrumēta iura et cartꝫ dicti cōis ac unū ex catastris cō munis predicti que quidē cassa permaneat et reponatur in sacrestia loci S.ti Francisci de S.to Gemino et sit clausa cū tribꝫ clauibꝫ una quaꝝ teneatꝫ per Guardianū dicti loci qui pro tempore fuerit. Aliā per unū ex dōis dicte Terr prioribꝫ probiorem et aliā per camerariū cōis pdicti qui pro tempore fuerit que quippe cassa conuocatis dictis claues Tenētibus cū expedierit aperiatꝫ pro dicti cōis iuribꝫ ostendendis et aliter aperirj nō possit Transgressores autꝫ uel dolū in his et pdictoꝝ quolibꝫ permiclintꝫ in centum lib pro quolibꝫ et uice qualibꝫ cōdemnētur

De ordine consilij faciendi cap.o 30

uel locis religiosis super quibus fecit uel faciet fidei comissarios unu(m) uel plu
res liceat ei uel eis de bonis testatoris uendere si testator potestatem uendendi
6 concesserit seruetur forma data Et ea relicta iuditia uel legata ei uel eis co
missa satisfacere uenditio ualeat et teneat ac si facta esset per ipum testato
rem uel heredes ipius dummodo in ipis forma iuris seruetur Aliquo statuto
capitulo sup(ra) uel infra posito no(n) obstante.

De tutoribus dandis pupillis cap.° 19

Pupillo potestas dare et teneatur et debeat duos tutores ad petitionem ipsius

Gemini prelibat 11

Q. nō possit capi exbandit pro debito ad pet. pro cura alicuius foren. cap 28

Quod nullus Forensis. de dicta terra qui fuisset anterius uel in posterū. pro debito exbandit ad instantiā alicuius forensis seu procuratoris ipsius possit ad petitionem hmoi forensis p curatorum pro dcō debito capi personalr uel constringi per curiā dcē terre nec et accusarj uel et contra eū. procedi nisi ipē forensis principalis esset pñs captioni predcē. Ad instantiam aut talis forensis creditoris curia possit contra suū debitorem procedere regalit secundū formā statuti dcē terre prout ipē forensis creditor duxerit exigendum

In fauorem ecclesiar cap° 29

Possidentes rem aliquam seu bona spectantia ad eccl.as seu ecclesijs dcē terre quocūq titulo possideant siue iure emphiteotico siue iure comptumi siue quocūq alio possideat pro ipis ecclesijs teneantur et debeant ad petitionem prioris abbatis, conuentus uel cuius uis alterius rectoris instrumēta emphiteotica coptumi seu cuiuscūq alterius iuris reficere et renouare in spatiū otto dierum ad repetitionem scdm modū et formam antiquitus obseruatā. et ut consuetū est fieri Et si dicti priores Abates uel rectores Instrumenta ipā dixerint se admisisse uel nō hrē. q̄ tunc potestas. Iudex uel Vicarius teneatur et debeat dcōs emphiteoticarios coptumaiolos et quoscunq alios possessores in spatiū decem dierū cogere ad reficiendū. seu renouandū. seu dcā instrumēta s3 modum antiquū. approbatū. coram eis per dcōs eccl.as rectores uel alterius eorundem.

De executione fienda q̄ debitorem ad petitionem creditoris. cap° 30

Quoniam nil prosunt sntie nisi executioni mādentur statuerunt et pro lege firmauerūt q. potestas, Iudex. uel uicarius terre qui nunc sunt et pro tempore erunt quicunq teneatur omnes et singulas sntiās per eos uel per ipoz Aliquem uel predecessores eorum latas q quoscunq debitores affatos q. in palatio nō steterunt uel q exbanitos pro debito ad petitionem creditorum suor in totum uel in parte exigere et executioni mandare prout ipē creditor duxerit postulandū. et nō postulando p3 coms[?] factas

ntis scripti

possit exequi, alias uero debitor condemnat in totum uel in parte sine petitione creditoris non exigat uel exegi faciat quouis modo Ita tamen quod nullus possit capi pro debito diebus natiuitatis dni. et in eius ottaua. pascatis resurretionis et in eius ottaua. In festiuitatibus Beate marie virginis in uigilia et in festo Beati Gemini, Beati Nicolai, Beati Angeli et duobus sequentibus alijs uero temporibus capi possit ad uoluntatem creditor.

Quod processus qui aliquem pateret defectum ualeat. cap 31

Si aliquis processus fctus fuisset in dca terra et simoi processus pateretur defectum inhibilacet facte in actis curie dicti comis quod no obstante dco defectu ualeat et teneat nec possit opponi contra eu. pretextu defectus simoi exceptio aliqua et si no opponerentur potas iudex. vel vicarius eas reiciat et no admictat. Et contenta in dco processu exequi teneatur uirtute prestiti iur. ad petitionem cuiuscunq petentis et ad pena uigintiquinq lib cort de ipor salario dco comi scindicatus tempore soluendor. Et hoc cap^m sit precisum. et tolli no possit.

In fauorem medicor cap^o 32

MEdici cuiuslibet sacramento debeat credi de medicinis datis per eos cuicunq si scriptum reperietur in libro eius usq in quantitatem triu librar. cort et pro medicatura usq in uiginti s cort et plus petere no possit nisi pactu aliud habuerit cum infirmo uel alia persona pro eo.

In fauore tenetiu infra muros. cap^o 33

Quicunq intra uel extra muru dicte terre terram habuerit siue ortum a porta Monasterij mulier ad hospitale comunis possit ipam terra. et ortum usq ad muru laborare et laborarj facere ac fossam facere et haber. dumodo aliquibus domibus uel muris no noceat Et si aliquis ex hoc senserit se grauatum quod per consilium gnale et duos priores dicte terre ponatur unus mag^r lapidum siue duo qui uidere debeat ipum opus et si dixerit opus afferre periculum aliquibus domibus siue muris quod tale factu dns terre uel alij debeat

Liber. Tertius.

De modo procedendi in criminalibus. cap. i

Improbor temporum hiante nequitia nitens humanum genus invictum adeo eondere. ad lapsum percepimus et no solum insolentias audeant acrum et improba eis. preponat efficere. et nedum in fanda a sibi quisque suadet propriu vero contagionis labe conmaculat et promisse impunitatis benefitio finitimos sibi perimit aggregatos, hinc peruenit hominibus ut maleficia occultentur et per hoc rema neant impunita. Hac prouidendi regita leges condi ne laxatis habenis modestie in profundum malorum et quos zelus iustitie a. saxo no cohibet transgressionis pedem ad penalem lapidem talionis offendat. Et propterea cogitates statutarij et re formatores superius nominati subscripta de maleficijs et dependentibus statuta et ordinamenta ederunt. Et primo de modo super criminalibus decreuere quod ac cusati et denuntiati uel illi contra quos per inquisitionem procedat. Citentur personaliter uel ad domum. una die pro alia. et si citatus in termino citationis no com paruerit sequenti die potestas in bandum poni faciat et exbandiri in ea quantitate in qua deberet condemnari secundum formam statuti et ex forma accusationis denuntiationis uel inquisitionis quod eum formatam. In quo exbannimento exprimatur et appareat maleficium uel delictum de quo accusatus denuntiatus uel inquisitus esset. et sibi quinque dierum terminus assignetur infra quem si uenerit eius accusa tio recipiatur. si uero in termino no comparuerit memorato et que confessus et conuictus de ipso malefitio de quo ipse accusatus denuntiatus uel inquisitus est com demnetur et exbannimentum eius fiat in capite scalarum palatij comunis predicti. sono tube et alta uoce ac in logia que est in burgo et ad domum eius qui fuerit ex bannitus. Accusatori uero ad probandum accusationem. et denuntiatori ad probandum denun tiationem decem dierum terminus prefigatur et totidem accusato denuntiato uel inquisito post excusationem eorum debeat assignari ad ipsos defensiones probandum. et faciendum. Si quis uero accusam uel denuntiam per eum factam no probauerit soluat ac soluere teneatur, et debeat illam penam quam teneretur soluere

legitime. Talis accusator seu denuntiator si legitime sibi accusato uel denutiato probatum esse malefitiu uel delictu dequo accusatus uel denutiatus esset dumodo hoc capitulum no uendicet sibi locu in damnis datis fructuu de foris. Forensis aute siquis accusatus fuerit denutiatus uel inquisitus citet in capite scalaru palatij per bandiorem comis alta uoce sono tube premisso uel ad hospitiu ubi solitus est hospitarj et compareat infra decedies qui no comparens postea exbanniatur in ea quatitate inqua condemnatus deberet secdm forma statutoru loquetiu de malefitio dequo proceditur contra eu inquo exbannimeto sibi decem dierz terminy assignetur intra quos siuenerit euis excusatio recipiat. Si uero no comparuerit habeat confessus et conuictus de ipo malefitio co demnetur prouiso qp similr accusatus denutiatus uel inquisitus contra quos procedetur citentur semp per cedula inqua contineatur series de licti dequo proceditur contra eos et ipa cedula dimictatur ad domu uel hospitiu illoz contra quos procedi contingerit,

De pena blasfematis deu et iuratis per corpus sanguine et similia cap 2

Blasfemans deu uel intactam uirginem euis matrem uel aliquem sctoru dei in uiginti quinqz lib cort uice qualibet condemnetur Et si baddu soluer no pote rit per terram strti, remini fustigetur. Jurans uero per corpus sanguinem clauos Intestina uel alia membra predcoz uel alicuius eoz, indecē sol cort uice qualibet puniat adijcientes qp blasfemare deu. uel uirginem maria uel aliquē sanctoru dej intelligatur siquis maledixerit eos uel aliquē eoz, nec Si quis uero adoptauerit eos uel aliquem ipsoz, indece lib cort uice qualibet condemnetur. Si quis aute cg uirgine maria aliquod opprobriu dixerit in uiginti quinqz lib cort uice qualibet et quolibet opprobrio et uerbo abhominabili condemnetur Et si pena predictā opprobrio soluer no poterit sibi lingua de capite amputet, Et in predictis casibus cuilibet sit licitu accusare cu dictu duoz fidedignoz testiu et sic suo sacrameto credatur et teneat incredentia Et habeat talis accusans medietatem pene predictis aut et quolibet predcoz nemini pacis.

beneficium admictat. Et potas qualibet mense inquisitionem faciat de p(re)dictis.

De sntijs ferendis cap 3

Potestas iudex uel uicarius dicte terre qui pro tempore fuerit teneat et debeat uinc uices et pen viginti quinque lib coste singulis mensibus super causis criminalibus ferre sntias absolutorias uel condemnatorias hoc semper saluo quod ptas uel eius iudex ultimo mense sui regiminis non possit ferre sntias absolutorias Et tulerit uel ferentur non ualeat nec teneat ipso iure Adijcientes quod potas et sui officiales teneantur et debeant omnes et singulas inquisitiones et denumptias seu accusationes finire et terminare et ad sntiam perducere infra quatraginta dies computandos a die citationis facte de accusato denumptiato uel inquisito Et hoc capitulum sit precisum et tolli non possit consilio uel arrenga.

Q constituat scindicus ad protestat potas et offi quod obseruent statuta penalia cap 4

Vt potestates et officiales dicte terre de capitulis Stat penalibus ignorantiam nequeat allegari Hac lege statutoria decreuerunt quod per consilium generale et D. Priores dicte terre et de ipso consilio fiat et constituat quidam scindicus specialis qui semper omni mense protestet potas et offi dicte terre quod capitula penalia tangentia ipsos debeant obseruare que quidem capitula singulis mensibus per cancellarium dicte terre debeat legi publice In consilio generali ad petitionem dicti scindici in presentia dictorum potatis et officialis Et si dictus cancellarius in hoc fuerit negligens tepidus uel remissus in decem lib coste uice qualibet condemnetur Et nihilominus suo offitio sit priuatus Scindicatus uero qui negligens fuerit in predictis in decem lib coste uice qualibet puniatur Et si potas uel sui offitiales contra fecerint in predictis uel aliquo predictorum puniatur in pena in uolumine Stat contenta Cuius scindici offitium duret per tres menses et pro suo salario uiginti s coste que quidem capitula penalia exhibantur in cartis pecudinis in publicam formam et retineantur per scindicum qui ad predicta fuerit constitutus Et quilibet scindicus successiue alio scindico debeat assignare dicta capitula ad dictam penam et sic subsequenter ut prescribitur procedatur.

De violatione mulierum cap 5

Mulierem nuptam uel uiduam bone fame si quis carnaliter cognouerit in quinquaginta lib coste condemnetur si eam cognouerit uiolenter. Si uero cognoscere temptauerit et ad aliquem actum peruenerit in uiginti quinque lib coste uice qualibet condemnetur

Sed si fuerit male fame et probet per decem testes centu' sol' cort' pena mulctet'
Prouiso q' si uoluntarie mulier cognita fuerit cognoscens ea in centu' sol' cort' cond'
netur si ap'te fr'e carnali uel marito fuerit dicta et aliis contra agentem pro
cedi non ualeat ullo modo.

De pena Paratis se' bailo cap.o 6

Nulla persona paret se alicui baiulo cois pred'ci uolenti aliquem uel
aliquam expignorare uel tenutam dare alicui man.to curie uel no' permitte
ret auferri pignus uel dare tenutam puniatur pro qualib' et uice si fuerit
masculus in uiginti sol' cort'. Si u'o femina fuerit in decem sol' cort' uice
qualibet puniat' excepto q' ad cameram uel ad locu' ubi lectus esset no' possit
accedere nec pannos de lecto pignore auferre nec et pannos nec ornamenta alic'
mulieru' nec iugu' uel uomere' boui'. Et si ad locum prohibitu' accederet possit
quisq' ei resistere sine pena et quod auferret prohibiti' potas ei restitui facere
teneat' nec credat' in his talibus relationibus bailor'.

De pena corrumpentis potem et eius officiales cap. 7

Potestates uel suos officiales nemo corrumpere audeat uel presumat uel eis uel ipsi
alicui dare aliquid uel promictere pro accatto. Et si contra fecerit in quinquaginta
lib. cort' uice qualibet per futurum potestatem qui pro tempore fuerit condem
netur officiales uero in his quolibet transgressores in centu' lib. cort' pro quolibet
et uice qualibet condemnetur sindicatus tempore et hoc locu' habeat in preteritis
temporibus et futuris.

Q' Nullus Baiulus det tenutam sine licentia curie. cap. 8

Quicunq' Bayulus sine licentia cur' iuerit ad dandu' tenuta' uel pignora alicui
uel aliis in suo officio fraudem comiserit seu falsam relationem fecerit
in decem lib. cort' uice qualibet condemnetur et nihilominus p' terra fustigetur
et ex ipa' expellat. Qui uero falsam relationem fieri fecerit in uiginti quinq'
lib. cort' uice qualibet condemnetur et processus tenute uel pignoris datio
no' ualeat nec teneat ipo iure et hoc locu' habeat in ciuilibus et criminalib'.

De pena imponenda per potem cap.o 9

Potestas Judex uel vicarius et ipor' quilibet possit mulctare et penam imponere
in ciuilibus questionibus seu causis decem s. cort'. In criminalibus uero causis uiginti

exbamito sed si locutus fuerit aut staret cum eo extra dictam terram non teneatur ad penam. pro debito vero exbannitus in tali casu nullatenus habeatur.

De pena interficientis animalia cap. 36

Bovem asinum equum, iuvencum mulum. porcum vel hijs similia alicuius persone interficiens in centum solidis cortonensium pro bestia qualibet et vice qualibet condemnetur pro alijs vero animalibus quinque solidis cortonensium pro quolibet et vice qualibet nomine pene solvere teneatur. et semper in quolibet casu predictorum damnum in duplum patienti transgressor debeat emendare

Quod nullus de periurio condemnetur. cap. 37

Accusati denunciati vel inquisiti si se periuraverint negando ea de quibus procedit contra eos et maleficium fuerit contra eos probatum. solvat in continenti sine prolatione sententie viginti solidos et nihilominus solvat penam in quam deberet puniri secundum probata contra eos tam civiliter quam criminaliter secundum formam statutorum dicte terre dummodo de periurio per potestatem alias ut dictum est sententia non feratur.

De negatione parentum. offitialium et scripturarum cap. 38

Si quis in iuditio negaverit patrem, fratrem, matrem, filium aut alicuius potestatis judicem vel vicarium dicte terre vel nostre curie vel alium nostrum dicte terre vel qui in dicta terra publicum offitium exercet dummodo de suo privilegio fidem faciat si peteret ab eo vel abbatem vel abadissam alicuius monasterii Archipresbiterum vel priorem et probatum fuerit contrarium contra eum in viginti quinque libris cortonensium pro quolibet et vice qualibet condemnetur sed si errorem suum revocare voluerit confitendo quod negavit possit infra duos dies a die negationis facte numerandos et tunc nulla pena solvere teneatur.

Quod potestas possit procedere in maleficijs cap. 39

Potestas, judex vel vicarius dicte terre et quilibet ipsorum possint procedere cognoscere processus, initiare, mediare et finire et sententias ferre super quolibet crimine maleficio vel delicto diebus sollemnibus feriatis et non feriatis per inquisitionem denumptiatione et accusationem et de hijs et quolibet eorum, sententias ferre et procedere prout eis videbitur et placebit. Et processus valeant et teneant ipso iure nec possint impugnari vel frangi et si in aliquo ordo iuris vel sollenitas seu subtilitas fuerit omissa dummodo de maleficio plene constet excepto quod contra mulieres

potas et sui officiales uel aliquis ipsorum per inquisitionem procedere non possit de aliquo male
fitio uel debito nisi primo recipiantur duo testes ad minus qui probent legitime malefitium
uel delictum pro quo fieret inquisitio quod eos est comissum et detur copia processus testium re
ceptorum ante responsionem fiendam per eas et purtationem ipsarum uel alicuius earum Et aliis
quod mulieres uel aliquam earum per inquisitionem procedi non possit Et si per uiam denumptiatio
nis uel actionis procedi contingat contra eas uel aliquas ipsarum semper debeat poni et
scribi in ipsa denumtiatione uel accusa nomen promouentis huiusmodi denuntiationem uel accusationem Et
ipsa denuntia uel accusa semper contra eas porrigatur in scriptis nec et postquam excusa
uenint se possint detineri constricte dum in fideiussores dederint uel dare parate
fuerint et si per curiam steterit quominus ipsas faciat excusari uel super
testimonio examinet easdem si producte et uocate fuerint ad testimonium perhibendum
detineri non possint nisi usque ad uesperas in ecc. s. maria et non in palatio comunis semper
in intelligat cum sollemnitate in alio cap. contento quod ex canonibus examinationi mu
lierum consanguinei debeat interesse et in aliis que in dicto cap. continentur. Et
si secus fierit per potatem et officiales eius subiaceant pene uiginti quinque
lib. comunis pro quolibet et uice qualibet Et tales mulieres possint recedere sine pena
Et si talis denumptiator uel accusator denuntiatam uel accusam non probauerit soluat nomine
pene illam penam ad quam teneretur talis accusatus si dictum malefitium uel delictum proba
tum fuisset legitime de quo accusatus uel denuntiatus esset Prouiso quod nulla persona
pro testimonio perhibendo possit carceribus mancipari Et si potas uel sui officiales
contra fecerint in quinquaginta ~~soldis~~ lib. comunis de suo salario uice qualibet scindicatus ipse
condemnetur Adiicientes quod in qualibet sententia ferenda quod delinquentes si contumaces
fuerint et non comparuerint ad dandum fideiussores quod bona dicti talis delinquentis
et contumaciam sufferentis confischentur et obligentur dicto comuni usque in quantitatem
inquam talis delinquens erit condemnatus per dictam sententiam a die ... franca Et
quod dicta bona uendere faciat per scindicum comunis prout in cap. de uenditione bonorum ex
banditorum latius continetur

Decessione prohibita cap. 40

Statuerunt et ordinauerunt quod nullus terrigena uel forensis audeat quod aliquem emere uel
sibi cedi facere aliquod ius uel actionem aliquam nec aliquem titulum lucratiuum aliu-

ad penā quinquaginta lib. cort. et si fecerit uel factum fuisset a quinq annis citra non ualeat ipso iure saluo et reseruato quod si essent duo uel tres uel plures debitores et fuissent principaliter in solidum apud aliquem creditorem ex aliqua ca obligati et appareret aliquem ipsorum debiti dicto creditori soluisse per publicum instrumentum uel instrumenta quietationis uel instrumento cancellationis uel et sine instrumento quod ipse talis qui dictum debitum soluit sine pena sequitur et cuncte possit emere et iura accipere et ac torem si eum uel eos et reos suos cum quo uel quibus obligati fuisset Et potestas dicte re cipienti et ementi dictum ius et actionem ex fauorabile debeat iure suo put in capitulo de fideiussoribus dampnificato per terminus continet. Et fideiussori liceat contra reum pro quo fideiussit cessionem sine pena recipere actionum.

De castigatione propinquorum cap.o 41

Corrigere et castigare fratrem sororem generum filium cognatum nepotem neptem uel alios consanguineos uel affines usque in tertium gradum secundum ius canonicum numerandum in modum correctionis sine ferro cum baculo pugno manu corrigia sine sanguine uel capiendo per capillos proijciendo in terram et dare cum pedibus et calci bus et sine sanguine cuilibet liceat sine pena et credatur sacramento correptoris et castigatoris quod in modum castigationis et correctionis fecerit consanguinitate et affinitate approbata coram curia dicte terre quicunque aut interfecerit aliquem suum consanguineum siue consanguineam usque in tertium gradum. pena dupla soluere teneatur Et quod eidem non possit prodesse pax concordia nec parentela. Qui uero uulnerauerit aliquem ex predictis cum ferro uel lapide cum sanguine affinium pena duplicatam soluere teneatur, Et quicumque patrem uulnerauerit cum sanguine uel sine quod ultra dictam penam debeat stare et morari in carceribus dicti comunis per spatium duorum mensium continuo Et si potestati ipsius uellet eum ultra dictum tempus in dictis carceribus com morari quod tunc plus ad sui libitum commoretur in eis et non minus dictorum mensium duorum Et quicunque nepos commiserit aliquid ex predictis in persona sui patrui carnalis quod in simi li pena incurrat.

De pena offendentis terrigenam offensum cap.o 42

Si potestas uel aliquis ex officialibus uel familiaribus suis uel cancellarius dicte terre quo quo modo offenderent seu percuterent aliquem de dicta terra cum sanguinis effu sione uel sine teneatur ad penam duplicatam ut in singulis statutis capitulorum de maleficijs

30v

continentur quam penam novus rector si sibi denuntiatum fuerit eisdem transgre
ssionibus teneatur et debeat auferre et inquirere et procedere valeat teneatur et
debeat de predictis. Et si dicta pena non solveret per officiales et familiares predictos
qui potestas eam solvere teneatur. Nisi daret et assignaret sindico dicte terre vel novo
successori officialem vel familiarem delinquentem. qui teneatur in dictis carceribus
dicti comunis teneatur donec solverit dictam penam, Si vero terrigena offenderet
potestatem vel iudicem officialem vel famulum eius vel cancellarium dicte terre quod huic
per potestatem et cancellarium in quatruplo condemnetur pro iudice vero aliis quoque officialibus
et familiaribus pena duplicata solvere teneatur. Et in eisdem penis potestas possit
et debeat talem delinquentem punire et condemnare et penam ab eodem exigere
pro dicto comuni ad penam dicte ... dicto comuni de suo salario dicto comuni sindicatus
tempore solvendo.

De proiectione lapidis de domo vel turri et balistarum cap. 43

Quicumque de domo propria vel conducta vel turri vel alia de tempore rixe vel rumo
ris si lapidem tegulam lignum vel aliquod aliud simile proiceret quod aliqua persona
de dicta terra vel aliunde et percusserit cum sanguinis effusione a spatulis supra in
viginti quinque libris comunis vice qualibet condemnetur si vero sanguis non exiverit in decem
libris comunis, A spatulis vero infra si cum sanguine in quindecim libris comunis si sine sanguine
in centum solidis comunis condemnetur vice qualibet si vero non percusserit aliquem de quolibet
lapide proiecto in centum solidis comunis vice qualibet condemnetur Et si aliquis de dicta terra
vel aliunde stando in aliqua domo vel turri et lapidem tegulam vel ligna vel simile
per domo alicuius proiecerit sive supra domum vel intus domus et fregerit tegulas
vel ligna de domo alicuius in viginti quinque libris comunis condemnetur si non fregerit
in decem libris comunis vice qualibet puniatur si vero aliquis causa turbandi statum
pacificum dicte terre balistratorem fecerit de sua domo vel turri in centum libris
comunis vice qualibet condemnetur et in alio unde idem si fecerit quod officia ...
Et si dictam penam solvere non poterit quod eius domus vel turris funditus destruatur
Et si quis proiecerit lapidem iniuriose vel studiose in domo alicuius in tribus libris
comunis vice qualibet condemnetur. Stando in muro dicte terre et si proiecerit et aliquem
percusserit et sanguis exiverit a spatulis supra in viginti quinque libris comunis vice qualibet condemnetur Et
a spatulis vero infra cum sanguine in decem libris Si autem sine sanguine in centum solidis comunis vice qualibet condemnetur.

procedatur sumarie et de plano sine strepitu et figura iuditij Et si hmoi accusatio probaret(ur) q(uod) talis accusator habeat quartam partem pene et possessionis hmoi. Si vero de(ictu)s forensis de predictis contenderet cu(m) dicto co(mun)i cum dicto accusatore de possessione iam dicta, comdemnet(ur) et exbanniat(ur) de dicta (terra) pro In persona et rebus Si quis n(ost)ro fraude comiserit vel comiserit seu comittet in emendo possessionem pro aliquo forensi Et ip(s)as vendi(ti)one(m) seu emp(ti)one(m) i(n) dicto dies no(n) denutiaverit dicto co(mun)i seu manifestaverit solvat no(m)i(n)e pene illa(m) pena(m) qua(m) solvere teneretur si vendidisset forensi Et nihilominus dicta talis possessio dicto Communi remaneat confiscata et si denutiaverit vel notificaverit no(n) tenea(tur) ad pena(m) Ita tamen q(uod) hmoi possessione per eum emptam vel emendam prose(quatur) teneat nec dabit fructus sine co(mun)i et censu illius possessionis dicto forensi pro quo emit vel emerit vel alicui alter persone pro eo ad dicta(m) pena(m) Et p(otes)tas faciat eu(m) iurare ad sancta quatuor evangelia Et fideiussores recipere ab eode(m) de predictis omnibus observandis ad pena(m) cetu(m) lib(rarum) (et) de suo salario sc(il)i(ce)t dicti temporis solvendo, et sub debito prestiti iur(amen)ti et hmoi accusatori pars concedat(ur) de comuni s(ed) a decem annis citra qui accusaverit et ipam vel ip(s)as accusationes probaverit ut superius continet(ur) Et q(uod) abinde in antea nemo accusari possit nec accusatori pars aliqua deveniat ullo modo. Adijcientes q(uod) unicuiq(ue) liceat dare vel tradere p(ro) dote possessionem sua(m) pro fundo dotali seu pro solut(ion)e dotis filie sororis vel neptis carnalis sine pena du(m)modo ip(s)a possessio debeat remanere in Catasto et lib(ro) illius qui talem possessionem dederit seu tradiderit modo predicto. Nulli et liceat vendere aliquas possessiones seu possessiones nec alienare p(ro) fundo dotali vel pro fundo dotis dare vel in solutu(m) dotis aut debiti alicui forensi vel terrigene cu(m) consensu d(omi)ni d(omi)ni potestatis d(omi)nor(um) prior(um) vel no(n). sed penitus de(ict)um instrume(n)tum sive instrume(n)ta sit cassa et irrita Et q(uod) talis tenea(n)tur ad dicta(m) pena(m) sita vel sitas ultra co(m)p(ag)nia (et) scripta sine pena D(omi)ni potestatis seu eius vicarij qui pro tempore fuerint et consensu d(omi)nor(um) prior(um) dicte t(er)re vel maioris partis eor(um) qui pro tempore fuerint ad dicta(m) pena(m) v(idelicet): a molendino Co(mun)is s(ancti) Hemini ecc(lesi)e s(ancti) Proculi, ecc(lesi)e s(ancti) Angeli de colle castalis Colle montis pulciani fossat(u)m Sisulelle via qua itur a pede possessionu(m) terre

31v

filior(um) S(anc)to Angelo de colle murella ecc(lesi)e S(anc)te Crucis colli solati et domo filior(um) salseni et de supradictis contentis in d(i)c(t)o cap(itul)o teneantur ad penã sup(ra)dictam contrahentes tam emptor q(uam) venditor not(ariu)s qui scripserit instrumentu(m) et testes qui interfuerint decernentes insup(er) q(uod) si quis terrigena in preteri=to contra fecerit in vendendo alicui terrigenę contra d(i)c(t)am formã aliqua(m) poss(essio)nes ex(ce)pto sup(ra) d(i)c(t)a. q(uod) ad penã aliquã minime teneat(ur). nec qui in posterum deliquisset exc(i)pientes et a pena pred(i)c(t)a o(mn)es et singulos terrigenas qui iã du(m) du(m) emerunt pro forensibus aliquam poss(essio)nem c(ontra) pred(i)c(t)am formã vel vendiderint eisdẽ qui reperirentur d(i)c(t)as empt(io)nes seu vendit(i)ones assignasse et notificasse iã ol(im) d(i)c(t)o com(un)i manu cuiuscunq(ue) notarij sive die terre cancellarij appareret. Et no(n) obstan(te) q(uod) de d(i)c(t)a notificatione constaret nihilominus d(i)c(t)a talis possessio d(i)c(t)o Com(un)i re=maneat confiscata et d(i)c(tu)s talis forensis penis subiaceat memoratis. quod quippe cap(itulu)m sit precisum et inviolabilit(er) observet(ur). ac tolli vel suspendi no(n) possit Consilio vel arengha.

De pena facientis iura vel conspiratione(m) c(ontra) sp(eci)alem p(er)sonã. 56

Si quis fecerit iuram vel aspirationem c(ontra) aliquã p(er)sonã sp(eci)alem de ea inter=ficiendo ea in quinquaginta lib(ris) cor(tonensium) vice qualibet condemnet(ur). Notariue vero qui scripserit eam in tantundem nisi infra triduu(m). potestati id de=nutiaverit vel suis officialibus seriose.

De venditione facta clerico 57

Vendens domu(m) vel possessiones suas alicui clerico si venditiones in fraudem facte esset ut no(n) solveretur de eis dat(ia) co(mun)i. in centu(m) l(ibris) cor(tonensium) vice qualibet condemnetur. Sed si negaverit venditione(m) factam e(ss)e. Et pro ips(is) bonis et rebus dat(ia) solvere sit paratu(s). et no(n) teneat(ur) ad penã. proviso q(uod) ex nunc in antea nulla persona alicuj clerico possit aliquam rem stabilem alienare vendere vel donare aliquo titulo sub qualiq(ue) forma contract(us) sub pena centu(m) lib(rarum) cor(tonensium). in qua venditor si contra fecerit condemnetur nisi h(uius)mo(d)i clericus d(i)c(t)am rem emeret pro aliqua ecc(lesi)a, mon(aste)rio vel hospitalis in quo casu talis venditor ad penã minime teneat(ur). Si ad solutionem datiar(um) d(i)c(t)o com(un)i pro d(i)c(t)is rebus sic alienatis perpetuo solvere teneat(ur).

De fractione pacis 58

Quicunq rupperit uel fregerit pacem factam seu fienda soluat et soluere teneat penam duplicatam que continet in stipulatione uel promissione contineri. Et si stipulatio uel promissio no inueniret. condamnetur secundum statuta dicti comunis. Et si pena soluere no poterit puniatur in persona arbitrio dni potestatis Et nihilominus possit offendi a quolibet sine pena.

De Ambasciatori salarium bis petente. 59

Quicunq Ambasciator uel nuntio dicti comunis de suo salario esset a camerario dicti comunis uel ab altero nomine comunis eiusdem de suo labore et uiatico satisfactum. et iterum salarium repeteret sup dictum in decem sol. coie uice qualibet condemnetur. Et nihilominus quod reciperet illud duplicatum restituere teneatur

De infectis no habitantibus in sto Gemino 60

Nullus infectus leprosus uel leprosa intra dictam terram possit uel debeat habitare ad pena decem sol. coie pro quolibet et uice qualibet Et potestas dicte terre qui pro tempore fuerit teneatur et debeat singulis mensibus de predictis Inquirere et repertos expellere extra dictam terram eorum de foris habitatione solitam incolendo Et si qui contra mandatum predictum steterint dictam penam soluere teneantur. promisso quod dicti leprosi uel infecti no debeant intrare dictam terram de mense iunij iulij Aug. et 7bris ad pena uiginti sol. coie pro quolibet et uice qualibet

Contra meretrices et earum pena 61

In terra Sti Geminj predicti uel extra nulla meretrix possit morari ad peccandum a dnica palmarum usq ad octauam paschatis resurrectionis dni. ad pena decem sol. coie pro qualibet et uice qualibet qua fuerit inuenta Et qui cum ea peccauerit tantundem soluere teneatur et cuiuslibet denuntiantis sacramento credatur.

De pena illius qui fecerit semitam in possessione 62

Quicunq fecerit semitam uel trauersam per terram uel possessionem alienam sine uoluntate domini dicte rei cum bestijs uel sine in decem sol. coie si cum bestijs uice qualibet puniatur Si uero sine in decem sol. coie nisi habuerit ius eundi per eam predictam Et potestas et sui officiales teneantur illam bandiri facere per loca solita dicte terre ad petitio

nem cuiuscumque petentis in ipso bandimento facto super predictis inquirere diligenter et
contra facientes in dicta pena punire et custodes fructuum possint et valeant de
nutiare et accusare huiusmodi transgressores. Adijcientes insuper quod liceat unicuique tempore
messium vindemiarum vel ficuum ire et redire per possessiones sui convicinj cum blado musto vel
ficibus sine malitia dummodo non vadat per ortum canepa seu vinea et si accusaretur
vel denumptiaretur quod credatur sacramento accusatis vel denumptiantis quod sine malitia
iverit et redivierit, et illud idem vendicet sibi locum in eo qui recolligere
voluerit uscetame apium suorum in possessionibus aliorum.

In favorem minorum 63

Minor duodecim annorum non possit puniri de aliquo malefitio vel delicto nisi de persu
asione aliorum et nisi accusaretur a patre, matre, fratre carnali vel patruo, abavo et
si in istis gradibus offensus aliquos non haberet quod quilibet alius eundem valeat
accusare sine dampnum alicui fecerit secundum formam statutorum loquentium de dicta
materia puniatur

De eo qui solverit condemnationem in decem dies. 64

Quicumque fuerit condemnatus per officiales et curiam dicte terre in aliqua quantitate
pecunie pro aliquo malefitio vel delicto et ipsam condemnationem ipse vel
alter pro eo solverit camerario dicti comunis vel alteri pro dicto comuni recipienti
infra decem dies a die late sententie numerandos quod tunc sibi de dicta condemnatione
dimictantur et detrahantur duos solidos cortonenses pro qualibet libra. Si vero in dictum
terminum non solverit tunc cum quarto pluri dictam condemnationem solvere ir
remissibiliter teneatur. Et si in dicto quarto condemnatus fuerit vel non. Adijcientes
vero in iuditio negaverit aliquod malefitium vel delictum de quo procederetur
contra eum et illud sibi per testes probatum fuerit quod tunc ubi sibi diminuitur
quarta pars propter confessionem quod ei propter negationem addatur quarta pars
in qua similiter et debeat condemnari.

De pena devastantis cupellos apium et uccellatoris ad columbos 65

Ad hoc ut habeantur columbos ab aliquibus conqueri acerbis quod ipsos aliqua in
iuriam inferre statuerunt et ordinaverunt quod nulla persona de dicta terra

Et nemini uel degens in ea audeat uel presumat capere uel occidere aliquem
columbum alicuius terrisciani domesticum siue casalengum cum balistra siue arcu
uel aliquo ingenio ad penam uigintiquinque sol. cort. uice qualibet condemnetur. nulli autem
liceat columbum pro suo retinere ad penam centum sol. cort. Adijcientes insimul
quod nemini liceat facere in territorio dicte terre uel intus aliquo tempore laqueum cum
fabis uel aliquid occupium in area uel cum uenaccio Nec post festum paschatis
resurrectionis usque ad kalen. nouembris facere in dicto territorio uel intus dictam
terram aliquem escatum siue occupium ad penam centum sol. cort. Sed unusquisque debeat
sua occipia a die festi paschatis predicti ultra destruere et deguastare ad penam centum
sol. cort. pro quolibet et uice qualibet qua fuerit contrafactum. et Potestas dicte terre qui
pro tempore fuerit teneatur et debeat uinculo iuramenti et ad penam uigintiquinque lib. cort.
predicta bandiri facere per loca solita dicte terre primo die post pascha predicti quod qui
libet habens predicta ingenia uel aliquid aliud in dicto territorio uel intus terram debeat
destruere et deguastare ad dictam penam et in dictis casibus et quolibet eorum contra
gressores cuilibet liceat accusare et denuntiare et cum duobus fidedignis testibus
et suo sacramento credatur et in credentia teneatur. et habeat tertiam partem penarum
dicta de causa decernit in comuni. Teneatur et debeat dictus potestas et sui officiales contra
tales delinquentes et quemlibet eorum procedere per inquisitionem ad petitionem cuiuis
cunque petentis et testes super inquisitione predicta examinare et repertos
culpabiles punire et condemnare in dictis penis. Si quis uero Apium rumpens uel
auferens uel extrahens mel de eis sine uoluntate domini in quinquaginta lib. cort.
uice qualibet condemnetur et Potestas et sui officiales inquisitionem super hoc facere
teneantur ad petitionem cuiuscunque petentis Si uero talis faciens dictam penam non soluerit
uel soluere non poterit infra decem dies a die late sententie numerandum quod ei manus dextra
amputetur. Ita quod penitus a corpore separetur. et in dictis casibus debeat et possit
malefactor quilibet tormentari.

De bonis condemnatorum reinueniendis 66

Potestas dicte terre qui pro tempore fuerit teneatur et debeat suo posse bona
condemnatorum facere reinueniri et omnes sententias condemnatorum et exban
ditorum que sunt et fuerint in futurum executioni mandare in bonis ipsorum
condemnatorum et exbanditorum omni occasione cessante dumodo ipsi

condemnationis et exbandimenta fuerint recte lata facta Adiicientes
qd dictus ptas nunc Jur. ad pena ducentaz lib cort. de suo sala
rio si occ.ni infrascripta cotra fecerit teneatz et debeat discutir et
discussione facer de oibz bonis tam mobilibz qz Immobilibz oiuz ex
banditoz et condemnatoz et In futurz exbandendoz et condenan
dimnoz alic cause Crimina. et facta dicta remunctione debeat
ipa bona uendi facer per Syndicu dicti cois Cuiqz uolenti emere dca
bona usqz In quantitate debita per ipm exbanditu et damnatum ipi
coi occ.ni dce Sntie cotra talem exbanditum et condemnatum seu
exbanditos et condemnatos latae et si dcus Syndicus no inueniret aliqz
uel aliquos uolentes emer dicta bona mobilia et Immobilia dicti ta
lis exbanditi uel codemnati uel exbanditoz uel condemnatoz debeat
ptas coger cum effectu adiacenti seu adiacentes dictis bonis mobi
libz et immobilibus dicti talis exbanditi et codemnati seu exbanditoz
et codemnatoz ad emendum ipa bona pro illo ptio quo uel qua extima
rentur ipa bona per duos homines de contrada super dca extimati
ponendos per consiliu gnale et per dnos priores dce terr uel ma
iorem partem ipoz et hoc ptas teneatz facer et executioni madare
infra spatiu unius mensis post prolationi sententie ad pena pdicta
Adicientes In super qd ptas dicte terr q pro tempore fuerit ha
beat et haber debeat a dco coi occ.ni executionis seu ptientz quar
cumqz sntiaz uel condemnationu lataz per eius pdessores q quoscuqz
quartu partem dcum quatitatu pecuniaz que puenerint auiate Indco
coi occ.ni aliquoz codemnatoz et exbanditoz per cotumacia quos capi
faceret et duci In fortiam dicti cois per suos off.lis uel familiares ultra
quartu plus qui solui debiret i dicto coi per dictum codemnatum
et expensis dicti codemnati dca quarta pars codemnationis pdicta
dicto potestati p dca executione cocedatz et si dictus talis exbandit.
uel condemnat. a suo pdessore no possit soluer penas seu codemna
tionis et pena corporalis suffiuret uel recuperet habiut de bonis
et aueri dicti cois talis ptas uiginti quinqz lib cort per camera dci

cois sibi statim facta executione soluen' et hoc locum habeat in
exbanditis et condemnatis retroactis et in futurum exbandien'
et condemdandis occ.ne criminalium causarum liceat tamen unicuiq
exbanditum et condemnatum caper' et in fortia' cois duceri
et talis capiens et in fortiam cois ducens habeat et ha
ber' debeat quartam partem pene de bonis pecunie et haver'
dicti cois quam soluent in comuny et si pena' corporalem
sufferret uel reciperet talis captus uel deductus tunc deus
talis capiens habeat et habere debeat a dicto comuny de
pecunijs dicti cois vigintiquinq lib' den' statim facta
executione d' dicto reo quem ducet in fortiam dicti cois
qd quidem capitulu' sit p'cisum et inuiolabilit' obseruetur
et tolli uel suspendi no' possit consilio uel arrenga cui inter
sit ad minus quingenti homines de terra perdita

 59 35

De capris non retinendis cap° i

Nulli liceat retinere capras in dicta Terra uel eius districtu ad penam decem sol. cort. pro qualibet capra nisi pro necessitate alicuius infirmi uel causa lactandi puerum liceat tamen cuilibet macellario retinere capras per otto dies pro carnibus faciendis et potestas licentiam aliter nemini dare possit

De Viarijs vel Vasarijs cap° 2

Vasarij et facientes broccas siue urceos non mittant aquam di fonti uel loco fetido in Terra de qua faciunt vasa predicta ad penam decem sol. pro qualibet et uice qualibet qua fuerit contra factum et debeant uendere dicta uasa cuicunque uolenti ad dictam penam et predicta potestas iurari faciat dictis vasarijs et superstitibus eorundem

Ante festum o

De oliuis colligendis cap° 3

Ante festum omnium sanctorum nulli liceat oliuas suas uel alienas colligere et qui contra fecerit in uiginti sol. cort. uice qualibet puniatur domino Cottumaiolo uel laboratori colligere liceat ante ipsum festum di oliuis de arboribus rascatis sine post uero dictum festum liceat unicuique suas oliuas colligere et colligi facere absque pena et potestas contra colligentes oliuas ante ipsum festum inquisitionem faciat generalem et nulli liceat colligere oliuas alienas sine licentia domini Cottumaioli uel laboratoris, et credatur sacramento cuiuslibet eorum et ubicunque inuenirentur possint a quocunque capi et detineri et talis inuentus habeatur pro collectore oliue aliene et soluat nomine pene sol. uiginti cort. et notarius dannatorum seu malefitiorum qui pro tempore fuerit omni ebdomada de mense octobris et nouembris inquisitionem facere teneat. Suo qua decem testes recipiat et reperiendos culpabiles in pena puniat memorata que pena possit exigi de facto sine prolatione sententie et si in predictis notarius fuerit negligens in decem lib. cort. sindicatus tempore condemnetur Adijcientes quod nulla persona cum sacculo siue pera intrare debeat possessionem ubi oliue sint et et colligere de dictis oliuis de alto uel desuper sine licentia domini uel laboratoris nec in pertica uel incidere de dictis oliuis Et qui contra fecerit soluat uice qualibet

f. decem. Et quilibet dominus uel laborator possit eum accusare et stet sacra-
mento ipsorum uel cuilibet eorum inde.

De Macellarijs et eorum ordine cap. 4

Potestas dicte terre qui pro tempore fuerit uel sui officiales teneatur et debeat
uinculo iuramenti et pene uiginti quinque lib. comuni cogere et constringere omnes macella
rios dicte terre solitos macellare et facere carnes ad faciendum eas in dicta terra
continuo diebus comestibilibus ad sufficientiam ita uolentibus emere eas copia exhi
beat ipsarum per macellarios antedictos nisi renuntiauerint carnes facere nolle nec
aliqualiter macellare. Si uero aliquis macellare renuntiauerit quippe talis
macellarius extunc non possit aliquam bestiam mortuam uel uiuam emere nec tesariam
facere seu societatem aliquam habere cum alijs macellarijs per se uel alium
ad penam. lib. comuni et potestas teneatur et debeat recipere a dictis macella
rijs renuntiantibus cautionem et cautela cum bonis fideiussoribus quod ipsi integraliter
obseruabunt. Qui etiam macellarij et mariscalchi bestiarum non debeant facere
nec proicere sanguinem in strata uel uia publica ad penam uiginti sol. comuni et
credatur sacramento accusatoris que pena per potestatem de facto auferatur.
Adijcientes quod ipsi macellarij teneantur et debeant sanguinem bestiarum et ea
que extraxerint de intestinis earum proicere extra macellum ac etiam pelles et
cornua ipsarum bestiarum de dicto macello illico eleuare ad hoc ut in ipso macello
fetorem non faciat ad penam centum s. pro quolibet et uice qualibet qua fuerit contrafactum
Sed ipsum sanguinem et omnem aliam turpitudinem a kalendis mensis Aprelis usque
ad kalendas nouembris in eorum macellis uel post muros ipsius uel alibi a porta S. Johannis
usque ad portam S. Geminj non proicere uel tenere ad hoc ut per strada comunis
fetor percipi uel sentirj non possit sed habere toto dicto tempore habeant in
eorum macellis tinaccium in quo colligant et colligere debeant sanguinem bestiarum
et ipsos omnem aliam turpitudinem et terminis ultimis proicere in loco
unde non possit sentirj in periculum et displicentiam personarum. Et potestas semper
et continuo inquisitionem faciat de predictis contra tales macellarios procedere
delinquentes et tenere ad petitionem cuiuscunque petentis ad penam prestiti iuramenti

37

Inuiginti quinque lib. core dicto comuni de suo salario sindicatus tempore solvendum repertos culpabiles in predicta centum libr. pena punire et condemnare. Proviso quod macellarij consueti qui macellare voluerint per potestatem cogantur penitus macellare per uno anno et omnibus carnium copiam exibere excusatione aliqua non obstante.

De pena macellarij dantis unas carnes pro aliis cap.o 5

Nulli macellario liceat dare vel vendere carnes scrofinas pro porcinis montoninas seu pecudinas pro castratinis mortacinas pro sanis nec alias carnes pro aliis carnibus alicuius animalis ad pena de centum lib. core pro quolibet et vice qualibet et bestia qualibet et de predictis stetur et credatur sacramento accusatoris. Carnes vero bovine que mortacine fuerint vel magagnate vendantur et vendi debeant extra portas dicte terre alie vero carnes videlicet pecudine caprine scrofine et his similes vendantur et vendi debeant in burgis dicte terre et dicte carnes mortacine possit vendi per quecumque habentem eas vel ementes absque requisitione alicuius macellarij, ita tamen quod dicte carnes non teneant per vendiitores in domo eorum. Macellarij vero carnes bonas et non infectas in macello comunis facere teneant ac ipsas in dictum macellum vivas et non mortuas nec magagnatas conducere. qui vero contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum in decem lib. core pro bestia qualibet et vice qualibet condemnetur. Adijcientes quod nullus forensis vel terrigena audiat vel presumat mittere intra terram predictam aliquas carnes mortacinas que empte fuerint extra terram aliquo forensi ad pena viginti quinque lib. core pro quolibet et vice qualibet et bestia qualibet et potestas et sui officiales teneatur et debeant vinculo prestiti iuramenti et ad dictam penam vivari facere macellarios et alios carnes macellare volentes ut observent predicta et contra ipsos et quemlibet ipsorum inquisitionem facere de predictis et quolibet predictorum omni mense super qua inquisitione ad minus recipiat sex testes et repertos culpabiles de predictis vel aliquo predictorum punire et condemnare in dictis penis.

De modo dando macellarijs vendentibus carnes. cap.o 6

Potestas dicte terre qui pro tempore fuerit et sui officiales teneant et debeant vinculo iuramenti ad pena viginti quinque lib. core facere vendi carnes macellarijs dicte terre continuo volentibus carnes vendere ad modum civitatis Narnie et officiales per

cogant ipsos uendere secundum modum predictum et si contra fecerint puniantur
quilibet eorum pro qualibet uice in uiginti sol. cort. Et potas publice bandiri faciat
per dictam terram quod nullus emat carnes nisi secundum dictum modum. Et si potas
fuerit negligens in predictis uel aliquo predictorum scriptorum perdat de suo salario
uigintiquinque lib. cort. Et non liceat macellariis interficere aliquam bestiam
nisi in eius in macello ad penam decem lib. cort. pro quolibet et uice qualibet et
bestiam qualibet. Et teneat uendere carnes unicuique petenti ad libram et mediam
et abinde supra prout fuerit petitum ad penam uiginti sol. cort. et cuilibet sit licitum
accusare et eius sacramento credatur cum uno teste. Et cum dictis carnibus non
possint nec debeant ponderare de angulis uel de capite nec de interioribus
bestiarum ad dictam penam nec etiam possint a quinque lib. infra et usque in quinque ponderare
nisi cum belanciis et non cum statera. Abinde uero supra cum statera pon-
derare possit pro libito uoluntatis. Et hoc intelligatur tam de carnibus
quam de piscibus ad penam centum sol. cort. pro quolibet et uice qualibet qua in his
fuerit contra factum. Que quidem balancie debeant esse iuste et equales Et
illa qua caro uel pisces ponderatur sit altior illa in qua pondera ponuntur
ita quod linguetta sive ferriculus existens in medio fusti dictarum belanciarum
pendeat recte uersus pondera per largitudinem et grossitudinem unius digiti
Quicumque autem transgressor reperietur in simili centum sol. cort. pene mulctetur.
Et quod potas omni mense teneat et debeat unum nuntium et pene uiginti quinque
lib. cort. de suo salario mictere ad ciuitatem Narnie ad sciendum modum et as-
secum uenditionis carnis cuiuscumque generis. Capita uero pedes ungulas uel gambones
ponderare petentibus eis ad libram ponderare ualeant sine pena ad modum carnium
...iarum liceat et cuilibet de dicta terra porci sui uel alieni macellare et uendere
in macello omnis in totum uel in partem modo prescripto Et liceat et unicuique forensi
uolenti uenire ad macellandum in dicta terra macellare sine pena si uoluerit dare
fideiussores et cautiones prestare idoneas de macellando ad modum predictum
Et quilibet macellarius habere debeat unam bancam ad quam habere debeat
unum socium et non plures ad penam uiginti sol. cort. pro quolibet et uice qualibet
qua fuerit contra factum. Nullus etiam macellarius inflet uel abottet carnes

aliquas nec intestina uel budella mittere in exignones uel in caral ad pena decem sol. coie pro bestia qualibet et uice qualibet et quilibet possit accusare et eius sacramento credatur et potas super premissis inquisitionem faciat qualem omni mense ut in alio sup. prox. cap. continetur et repertos culpabiles de facto punire teneatur in dictis penis.

De pena uendentis pisces alibi quam in macello cap. 7

Nullus audeat uel presumat pisces uendere nisi in macello cois in quo carnes uenduntur ad pena uigintiquinque s. pro quolibet et uice qualibet qua fuerit contrafactum et cum autem contingerit pisces remanere in die sabati dicta die usque ad nonas hiis eos debeat uendidisse ad pena quatraginta s. pro quolibet et uice qualibet et nihilominus pisces inuenti post nonas proiciant et exponant extra porta et hoc in quatragesima non uendicet sibi locum uti semper piscium copia habeat. Statuerat quod potas dicte terre qui pro tempore fuerit et sui officiales teneantur et debeant uinc. ... et pena uigintiquinque sol. coie de qualibet salma piscium que portantur per dictam terram usque in duas salmas facere remanere in dicta terra unum barcollum siue cesta una ut discretione dicti potatis et sui officialibus uidebitur conuenire

De tecto macelli per macellarios aptado cap. 8

Ad hoc ut macellum cois dicte terre positum iuxta domum nardi porcelli domum menelli petrocci et uiam non destruatur quod tectum ipsius macelli omni anno per macellarios solitos ibi macellare et eorum sumptibus et expensis reparare et retractare teneantur de oportunis in eo et hoc potestas fieri facere teneatur ad pena decem lib. coie dicto coi de suo salario retinendi ... ipse soluendo

De letamine in locis prohibitis non tenendo cap. 19

Letamen siue fimum ac aceruum letaminis intra dictam terram uel burgos uel extra ipsam in uiis publicis usque ad sanctum laurentium uel usque ad s. quiricum nulli habere uel tenere liceat ultra duos dies ad pena decem s. coie et eadem pena soluat faciens uel pyciens turpitudine iuxta portas dicte terre uel prope.

